



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Panarion, Hoc Est, Arca Medica Variis Diuinæ Scriptvræ  
priscorumq[ue] Patrvm Antidotis aduersus Animi morbos  
instructa**

**Busaeus, Johannes**

**Moguntiae, 1608**

P.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54834)

ad exemplum beati magistri instituebantur. Nemo ibi quiquam proprium habebat, omnia in medio conferebantur. Non emere aut vendere, ut plerique monachis moris est, quicquam licebat. Ars ibi, exceptis scriptoribus, nulla habebatur: cui tamen operum notae desuperabatur. Maiores orationi vacabant. Rarus cuiquam extra cellulam fuerat egressus, nisi cum ad locum orationis conueniebant. Cibum vna omnes post horam ieiunij accipiebant. Vinum nemo nouerat, nisi quem infirmitas roegisset. **TEXTIVS** **ABBAS** **BERN.** qui vti Guilielmus Abbas Bonæuallis in eius vita scribit, cum omnes suos fratres corporali labore quotidie exerceri vellent, ne se quidem excipi voluit, & si quando ob virium imbecillitatem, eosdem cum aliis labores sustinere non valeret, similes tamen, ut eandem, vel portandis ligna, ut humilitate onus compensaret, sustinebat: Cumque aliquando fratres foras demetendi foeni frumentive causa abituri essent, cum lacrymis metendi gratiam à Deo impetrauit. Idem cum de suis quendam ardentem operi instantem vidisset, diuinitus prædixit, eum ob hunc laborem à Purgatoris poenis liberum futurum. Secuti sunt hos alii, inter quos **S. FRANCISCVS**, teste B. Bonauentura, & sua ipse manu persæpe laborabat, & ociosum quendam, fugitantemque laboris appellauit, fratrem muscam, & ab Ordine suo remouit.

**VIDE V.** *Accidia. Chorea. Colloquia otiosa. Curiositas. Exemplum malum. Immodestia. Lingua abusus. Pigris. Tepiditas. Voluntas propria.*



## P

## PECCATVM.

*Remedia contra Peccata.*

**PRIMUM** Remedium. Considera quid Spiritus S. generatim de peccatis in diuinis scripturis patefecerit. Primo declarat omnes homines conceptos in peccato (excipe Christum & eius matrem). Vnde David. *Ecce enim in iniquitate conceptus sum.* Et Apostolus. *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intravit.* 2. procliuus ad peccandum. Vt in Genesi. *Sensus & cogitatio humanae carnis in malum prona sunt ab adolescentia sua.* Et in Epistola ad Galatas. *Caro concupiscit aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem.* 3. neminem esse, qui non peccet. Vt in libris Regum. *Non est enim homo, qui non peccet.* Et in prouerbijs.

In Surio. 20.  
August.

Th. Cantipr.  
lib. 2. c. 5.

Bonau. in eius  
vita.

Psal. 50. 7.

Gen. 8. 21.  
Gal. 5. 17.

3. Reg. 8. 46.  
1. Rou. 2. 13.

Ecclesi. 7. 2.  
Ecclesi. 2. 1. 2.

Septies cadit iustus. 4. prohibet peccatū. Ut in Ecclesiastico. Noli facere mala, & non te apprehendent. Et. Fili peccasti, non adicias iterum: sed & de pristinis deprecare, ut dimittantur tibi. Et in epistola ad Romanos. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. 5. damnat illud, ut Deo exosum. Nam Isaias ait. Va qui trahitis iniquitatem in sinuiculis vanitatis. Et Dauid. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Et. longe à peccatoribus salus. Et B. Iohannes. Qui facit peccatum ex diabolo est. Et Christus. Discedite à me maledicti in ignem æternum.

Rom. 6. 12.

Isa. 5. 18.

Psal. 5. 7.

Psal. 118. 155.

1. Ioh. 3. 8.

Matth. 23. 41.

Tertul. lib. de

patient.

Basil. hom. 5.

Contraria con-

trais curanda.

Naz. orat.

Tetrast. 2.

Amb.

Hier. lib. 1. com.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

c. 2.

II. REMED. Considera Patrum veterum sententias TERTULIANVS. Omne peccatum impatientie ascribendum. Malum impatientia est boni. Nemo impudicus non impatiens pudicitie. & improbus probitatis, & impius pietatis, & inquietus quietis. S. BASILIUS in martyrem Iulittam. Peccatum anima est agri tu lo: peccatum mors est anima alioqui immortalis: peccatum luctu est & implacabilibus lamentis dignum. Ob peccatum profluunt effusissima lacryma, neu desinat ex imo peccatis recessu iugiter profilere suspiriosus gemitus. Et in psalmum 32. Quando in corpore peccauimus, membra nostra serua peccati ad iniquitatem prebendo, corpore item confuevimur, eodem in peccati dissolutionem vtentes organo. Maledixisti? benedixisti? circumuenti si proximum in negotio? redde. In ebrietatem incidisti? ieiuna. arroganter egisti? humiliare inuadisti? obsecra. Occidisti? tu testimonio tuo proficere te reum, aut certe per confessionem tuam iustus corpus affligito. S. GREG. NAZ. in plagam grandinis. Omni quidem vultu carere, cuiusmodi procul dubio est, vt humanum modum excedat, soli que Deo conueniat: contra perditæ ac prostratæ peccare impura & aduersaria de mortu natura est, atque eorum qui ipsius afflatu impelluntur: at verò peccati ceno emergere, a quo ad meliorem finem redire, hominum est, verum proborum. Et in sententiis tetralichis. Quid nos omnibus in rebus miserum hostem (diabolum) accusamus, et que noxas omnes nostras ascribimus, cum ipsi scelerata nostra vitandi ratione potestatem demus? Tibi ipsi vel soli, vel potissimum succense. Ignis enim noster est. Flamma autem aduersi spiritus. S. AMBR. lib. de paradiso. Ideo dixit Deus. Factus est Adam tanquam vnus ex nobis, quia aperuit oculos. Et hic quidem aperuit oculos vt vultum suam videret, etiam vitare non potuit. Magis enim postquam peccauimus, nescio quomodo nostra delicta cognoscimus: & tunc peccatum esse intelligimus, quod antequam peccarem non putabamus esse peccatum. Certe non quasi peccatum putabamus esse damnandum: nam si damnarem, non admitteremus. Deus autem omnium videt culpas, & omnium delicta cognoscit: super omnem animam, super omnium oculos occulos habet. S. HIER. in Epistolam ad Ephesios. Querimus, quid significent delicta, quoue distent à peccatis, id est, quid intersit inter peccata & delicta, & quæ sit differentia. Atunt enim quod παρρησια quæ quasi initia peccatorum sunt, cum cogitatio tacita subrept, & ex aliqua parte conuenientibus nobis necdum tamen nos impulit ad ruinam. Vnde & in XVIII. psalmo scribitur. Delicta, hoc est, παρρησια quæ quis intelligit? quia scilicet difficile sit radices & initia intelligere peccatorum. Peccatum vero est, cum quid opere consummatum peruenit ad finem.

Aaa 2

Et

Lib. 13. com.  
644.

Aug. 1. 22. c. 27.

Id. cap. 64.

1. Ioan. 1. 8.  
Chry. ep. 5.

Sap. 14. 9.

Luc. 10. 18.

Gen. 3. 24.

Gen. 7. 21.  
Gen. 19. 24.  
1. Reg. 15. 26.  
2. Reg. 11. 4.

Et in verba Ezechielis. Septem diebus facies hircum pro peccato quod die, & vitulū, & arietem. In hircō, inquit, & vitulo & ariete tria generalia delicta monstrantur, quibus omne mortalium subiacet genus. Aut enim cogitationibus, aut sermone aut opere peccamus. S. AVG. contra Faustum Manichæum. Peccatum est factum, vel dictum vel concupitum aliquid contra aeternam legem. Lex vero aeterna, est ratio diuina vel voluntas Dei ordinem naturalem conseruari iubens, perturbari vetans. Et in Enchiridio. Neg, quia peccatum est omne crimen, ideo crimen est etiam omne peccatum. Itaq, sanctorum hominum vitam, quam diu in hac morte viuunt inueniri posse dicimus sine crimine: peccatum autem si dixerimus, quia non habemus, vitium sanctus Apostolus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. S. CHRYS. ad Theodorum lapsum. Nullum peccatum est, quod medicinam refugiat,

III. R E M E D. Considera quanto odio DEVS peccatum, maximè lethale, prosequatur. Similiter enim, auctore Sapiente, odio sunt Deo impius & impietas eius. Tanto verò prosequitur, vt eius magnitudo nulla intelligentia humana vel angelica compræhendi queat. Ratio huius liquet. Quoslibet quidem aliquis maiori bonitate præditus est, hoc vehementius exectatur malitiam, & complectitur bonitatem. Cum igitur DEVS infinita bonitate sit præditus, consequens est vt infinitè & oderit malitiam, & amet bonitatem: quare & malos spoliat infinito bono in inferno, & bonos boni infiniti participes facit in coelo. Accedit quod infinita quædam prauitas & peruersitas sit in mortali peccato. Nam qui peccat offendit Deum infinita maiestate præditum. Restat ergo vt Deus quoque infinito odio abhorreat ab illo. Hinc verò efficitur hominem in hac vita nunquam posse condigno odio prosequi peccatum, cum infinito odio dignum sit. Tu ergo tanto odio illud semper prosequare, quanto potes, semperque à Deo postula, vt in te odium illud adaugeat, quandoquidè in illo magna veræ pœnitentiæ & iustitiæ Christianæ portio consistat.

IV. R E M E D. Considera manifesta tanti odii signa & effectus, hoc est, horrenda supplicia, quibus DEVS peccata inde à conditarum creaturarum initiis castigauit. LUCIFER enim angelus nobilissimus ob vnum superbiz lapsum cum multis angelorum millibus, ex summo Dei amico repente factus est capitalis eiusdem inimicus; ex pulcherrima creatura teterima & scelestissima inferni bestia. ADAM similiter omnium hominum parens ad imaginem & similitudinem Dei conditus, ob diuini mandati de non edendo pomo quodam, præuaricationem, & paradiso exturbatus, & cum tota posteritate in huius mortalis vitæ ærumnas quas indies experimur, præceps actus est. Constat & totum mundum quondam ob peccata inundatione aquarum extinctum. Pentapoli in igni & sulphuræ cœlitus demisso deletam. Saulem ob inobedientiam, Dauidem ob adulterium & cædem factam, aliosque innumerabiles grauissimè à Deo

Deo punitos; & omnes impios, imò quotquot in peccato lethali vitam hanc claudunt, sempiternis ardere flammis apud inferos sine vlla spe salutis aliquando consequendæ.

V. R E M E D. Considera atrocitatem passionis Christi Domini, neque enim Christus tam dira perpeffus est, nisi ad expianda peccata nostra, atque vt nos grauitatem peccati inde disceremus, & ab eo deinceps maiore studio abstinereamus. Vnde Itaias. *Ipse autem, inquit, vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra* & B. P E T R V S. *Christo igitur passio in carne, & vos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne desit à peccatis, vt iam non desideris hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne viuat temporis.*

Ita. 53. 52.  
1. Pet. 4. 1.

Hoc antidotum vt efficacissimum ad detestanda peccata præscribit B. B E R N. in sermonibus de natali Domini his verbis: *Ludebam ego foris in platea, & in secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudicium mortis. Audiuit hoc virginicus eius, exiit pectore diademate, sacco vestitus, aspersus cinere caput, nudus pedes, flens & euulans, quod morte damnatus esset seruuulus eius. Intueor illum subito procidentem, stupeo nouitatem, causam percunctor & audio. Quid facturus sum? adhuc ne ludam, & d. ludam lachrymas eius? Plane si infans sum, & mentis inops non sequar eum, nec cum lugente lugebo. Ecce vnde pudor? timor & dolor vnde? vtiq; quia ex consideratione remedii, periculi mei astimo quantitatem. Nesciebam sanus mihi videbar, & ecce mittitur Virginis filius, filius Dei altissimi, & iubetur occidi, vt vulneribus meis pretioso sanguinis illius balsamo medeatur. Agnosce ò homo quam graua sunt vulnera, pro quibus necessè est Dominum Christum vulnerari. Si non essent hæc ad mortem, & mortem sempiternam, nunquam pro eorum remedio Dei filius moreretur.*

Bern. serm. 3.

VI. R E M E D. Considera, quot bonis donisq; Spiritualibus peccatum mortale hominem Christianum spoliat, & contra quot quantisq; malis & calamitatibus eundem afficiat & obruat. Quod ad bona attinet, primo eum exturbat è gratia & amicitia Dei O. M. & familiaritate Spiritus sancti. 2. paterna Dei prouidentia. 3. participatione meritorum Christi, donec poenitentiam egerit. 4. exiit donis Spiritus sancti, & virtutibus infusus. 5. pace & serenitate conscientia, ac consolatione Spiritus sancti. 6. participatione meritorum Christi. 7. communionem bonorum Ecclesie, piarumq; Sodalitatum, quibus nomen forte dederit. 8. merito & fructu bonorum operum. 9. vita æterna. 10. custodia Angelorum, teste B A S I L I O in Psal. 33. Q V O D verò attinet ad mala ea tam multiplicia & atrocia sunt, vt vel ad auditum tantum peccati lethalis nomen merito exhorrescere debeamus, atque si fulmen de celo caderet, vel infernus ad nos absorbens dehisceret. Primo enim hominem ex summo amico facit capitalem Dei hostem. *Adulteri, inquit B. Iacobus, nescitis, quia amicitia huius mundi inimica est Dei?* Et Chryostomus de prouidentia Dei. *Peccata separant a*

Iac. 4. 4.  
Chry. lib. 3.

Aaa 3 nobis.

nobis Deum, constituuntq. nobis illū inimicum. II. facit mancipium diaboli. Quia peccatū facit ait B. Ioannes Euangelista, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. Vnde TERTULLIUS; Peccator traditur diabolo quasi carnifici in penam, ut dicitur. AUG. in expositione proposit. epistolæ ad Romanos. Unusquisq. peccatū animā suā diabolo vendit, accepto tanq. pretio dulcedine tēporalis voluptatis. CHRYS. hom. 30. ad populū Antioch. ait hominē per peccatū deteriorē reddi diabolo. HIER. in epistolā ad Ephesios. Porta diaboli est peccatū, sicut homo inquit Spiritus S. Porta est. Et ad Damasum. Damonū cibus est ebrietas, luxuria, fornicatio, et vniuersa vitia. III. facit seruum peccati. Quis n. facit peccatū, ait apud B. Ioannē Christus, seruus est peccati. & B. Petrus. A quo n. quis superatus est, homo et seruus est. Vnde AMB. de Ioseph Patriarcha. Seruile est omne peccatum, peccata est innocentia. Quomodo enim non seruus omnis auarus, qui pro exiguo pecunia lucello seipsum auctionatur? timec enim ne congesta amittat. Quomodo autem non et ille seruus, qui subditus est libidini? primum ius ardet incendiis, et peccati sui faciem exurit. Et libro de Iacob. Qui facit peccatum seruus est peccati, et quod peccatū multorum seruus est: qui subiectus est vitiiis, multis se dominis addixit, ut seruus ex re vix liceat. Et CHRYSOSTOMVS in alteram epistolam Pauli ad Corinthios. Barbarum est peccatum, tyrannidem exercens in animam semel captam, sed in perniciem eorum, qui ipsum suscipiunt. Quam tyrannidē graphicē describit oratione. 4. de Lazaro. Eādē in se expertus AUG. ita scribit in libris Confessionum. Suspirabam, ligatus non ferro alicui, sed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, et inde mihi casenam fecerat, et constrinxerat me. Et post. Nec plane volebam, nec plene nolebam, ideo mecum contendebam et dissipabar a multis. Idem libro secundo de ciuitate Dei. Bonus, inquit, et si seruat, liber est: melius autem, etiam si regnet, seruus est: nec vnus hominis, et quod est gratis tot dominorum, quot vitiorum, De quibus vitiiis cum ager et seruiptura diuina. A quo n. quis, inquit, deuictus est, huic et seruus additus est. IV. dignum hominem reddit, et deletur è libro vitæ, & in æternum dampnetur. Malorum enim amatores digni sunt morte, ait Sapiens. Et Apostolus Scipendia peccati mors. Et. Per vnus de vitia mors regnauit in omnes homines in condemnationem. BASILIUS in martyrem Iulianā. Peccatū mors est animæ alioqui immortalis. Et AMB. in epistola ad Studium. Christus scribebat in terra digito quo legē scripserat. Peccatores in terra serui sunt, nisi in cælo. V. Facit hominē ex sapiente stultū. Cogitatio. n. stultū, ait Salomon. peccatum est. Vnde BASILIUS in psalmum 37. Omne peccatū per stulticiam fit. Et AMBR. in 38. Quis est insipiens nisi qui peccatum facit et eligit mala pro bonis. 2. ex mansueto ferum & crudelem. Vnde CHRYS. in psalmum 139. Nos condemnet, si dicamus vitiosum hominem fera esse improbiorem: ea enim et si naturalē non habet mansuetudinē, potest tamen facile decipi. Homo autem qui seculū meditatatur, et multis personis se induit, longe difficilior cauetur quam fera. Et Auditor in imperfecto in Mathæum, si bestijs hominem malum comparare voluerit.

1. Ioann. 3.8.  
Tertul. de fuga

Hier. in c. 4.

Ioan. 8. 34.  
2. Pet. 2. 19  
Amb. c. 4.

Id. lib. 2. 3.

Chry. hom. 9

Aug. l. 8. c. 5. & 10  
Id. c. 3.

2. Pet. 2. 19.

Sap. 15. 6.  
Rom. 6. 23. & 5.  
et.

Basil. hom. 5.

Amb. 11. ep. 77.  
Prou. 24. 9.  
Chryf.

A hom. 4.  
Matth. 10

ris peiorem inuenies eum, &c. Imò homo malus peior est, quam ipse diabolus. Diabolus enim hominem iustum non audeat accedere, homo autem non solum non timet sanctum hominem sed etiam contemnit. 3. ex puro & nido fordidum & fatentem. B. Petrus enim in altera epistola peccatorem comparat sui lotæ in volutabro luti. Cuiusmodi fuit apud Lucam filius prodigus, qui v escēbatur porcorum filiquis. Vnde AMBR. lib. I. officiorum. Interroga conscientiam peccatoris, nonne grauius omnibus fetet sepulchris? Et HIER. in Isaiam. Cadauer diaboli putridum ob magnitudinem peccatorum dubitare non poterit, qui legerit peccatum esse fatidissimum, ipso peccatore dicente. Computruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. E contrario Virtus boni odoris est. 4. reddit hominem è sano ægrum, & viuo mortuum. Vnde B. AUG. in libro de decem chordis peccata vocat animæ febres CHRYS. ad populum Antioch. grauem paralytism. BASIL. in Isaiam, elephanticum morbum, aut lepram animarum. Greg. 12. moralium. & Ambrosius in epistolam ad Romanos, mortem ipsam. DENIQ. peccata hominum sunt causæ omnium calamitatum & malorum. Vnde CHRYS. homilia 5. de Pœnitentia. Malorum omnium causam constat esse peccatum. Ex peccato tristitia, ex peccato tumultus, ex peccato bella, morbi, atque omnes quot quot nos premunt passiones. Vnde Dominus ostendere volens malorum omnium causam esse peccatum, paralytico dicit, vbi anima & corpore paralyticum esse vidisset, vade, sanus factus es, noli amplius peccare, ne tibi aliquid deterius fiat. HIER. epist. ad Heliodorum. Nostris peccatis barbari fortes sunt, nostris vitis Romanus superatur exercitus & quasi non hæc sufficerent claudibus, plus pene bella cinilla, quàm hostilis micro consumit, sic &c. non amputamus causas morbi, vt morbus pariter auferatur statimque cerra mus sagittas pilis, tias galeis, caballos equis cedere. Et CREG. NAZ. oratione in plagam grandinis, sic Deum cum populo precatur. Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, quoniam mandatorum tuorum memoriam abieciimus. Miserationes tuas, & clementiam tuam, & v scera misericordie Dei nostri vitis nostris, & consiliorum nostrorum nequitia nobis praeclussimus. Tu bonus, at nos iniquè egimus. Tu lenis, at nos verberibus digni. Lenibus flagris pro peccatorum nostrorum atrocitate affecti sumus, &c.

VII. R E M E D. Primis peccati initiis resiste, secundum illud Poetæ consilium. Principis obsta, sero medicina paratur, cum mala per longas inualuere moras. Ita AMB. in psalmum I. Vt in stipulam ignis exillens inhaeret ac permanet, donec omne quod corripuit absumat, ita vel exigua scintilla peccati, si quo vitiorum fomite fuerit excitata incendium grande excitat. Cauenda ergo prima sunt vitia, ne in plura deinde grauiora proserpant. Etenim sicut ille qui se in luto versant, quo magis volutantur, eo amplius inquinantur, ita qui semel se luto improbitatis asperserit, nisi ab eo velociter exiliat, grauius sibi dedecoris sui ce num per singulos dies lutulentæ conuersationis obluat. CHRYSOSTOMVS contra gentiles. Vt scintilla ignis, si forte in mensam materiam corripueris, non ante subsistit, quam totam depascatur sic & peccati.

2. Pecc. 22.

Luc. 15. 16.  
Amb. c. 12.  
Hier. lib. 6. c. 14.

Psal. 37. 6.

Aug. c. 8.  
Chry. hom. 40.

Basil. in. c. 1.  
Greg. c. 6.  
Amb. in c. 12.

Chry.

Hier. ep. 1.

Naz.

Ouid. l. 1. de rem. am.

Amb.

Chry. lib. contra gent.

peccati natura vbi animi cogitationem aliquam adorta est, nec quisquam est qui vultum restringat, procedens vltterius magis indomita efficitur: quia vbi que ratione vultus plures videas in omne genus peccatorum imprudentes prolapsos, quod flammam vultus exorientem non restinxerint. **HIER.** in Ecclesiasten. Diabolus serpens lubricus, cuius capti, hoc est, prima suggestioni si non resistatur, non est dubitandum, quinta penetrabile cordis furrim illabatur.

Hier. in c. 9.

Eccl. 7. 48.  
Aug. c. 28.

Cass. c. 6.

Clim. gradu. 6.

**VIII. REMED.** Meditatio nouissimorum, secundum illud Ecclesiastici. Memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis. Vnde **AVG.** lib. 2. de Cenesi contra Manichæos. Nihil sic reuocat homines à peccato, quemadmodum imminens mortis cogitatio. Et serm. 3. de Innocentibus. Si diem mortis facerent, minime iugiter cogitare vellent, animam suam ab omni cupiditate vel malitia cohiberent. Et mox. Percutitur etiam hac animaduersione peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret, oblitus est Dei. **CASSIANVS** in 10. collatione ex sententia Abbatis Ioseph. Postremum, inquit, illud est, quod generaliter omnium vultus peremptorium esse non dubium est, vt se de hoc mundo credat quotidie migraturum, **IOAN. CLIMACVS** tria huius rei exempla commemorat. **Monsachus**, inquit, **Aegyptius** mihi aliquando narrauit, quod cum in intimo corde memoriam mortis penitus fixisset, velle quod aliquando necessitate urgente carnis huius luto solari quoddam indulgere, ab huiusmodi memoria veluti à quodam iudice prohibitus sit. Quodque mirabilis est, cum vehementer velle hanc memoriam expellere à se non poterit. **ALIVS** quidam hic iuxta commanens, ex huiusmodi sepe cogitatione repente oblitus peccabat, ac animo deficiens velut insensibilis fiebat, reperiens que à fratribus, non tamquam ab eis, vt qui verè efflasset animam baiulabatur. **NON** omittam etiam **Isidori** illius, qui in Choreb habitabat, referre historiam. Hic cum diu negligentissimè vixisset, nullamque anime sue curam penitus haberet, morbo tandem comprehensus altissime delectus est. Cum iam corpore perfectè migrasset, post vnam horam in seipsum rediit, orauit que nos omnes vt inde proximis abscederemus. & cellæ aditu latius obstructo permansit inuis annos duodecim, nulli omnino qui quam loquens, nec aliud quicquam præter panem & aquam degustans. Sedens autem, ea tantum que in excessu viderat, attonitus voluebat, at que in his adeo fixo erat cogitatu, vt nunquam vultum immutaret, sed attonitus perdurans vim lacrymarum feruentium tacitus profunderet. Cum verò iam morti esset proximus, rupto ac patefacto aditu ingressi sumus, cumque ab illo doctrinæ verbum supplices inquireremus, hoc ab illo tantummodo audiui. Ignoscite mihi, nemo, qui reuera mortis memoriam agnouerit, peccare vnquam poterit. Nunc verò nimium mirati sumus intuentes eum, qui pridem ita negligens fuisset, repente mutatum. **SIMILIA** scribunt **S. Patres** de memoria Iudicii & inferni. Vt **S. BASILIVS**. Si quando te serferis ad ali quod prouocari peccatum, ad mentem reuoca formidabile illud, nec vlli mortalium tolerabile Christi iudicium, & hoc quasi freno animam cohibe. **AMB.** ad Virginem lapsam. Si mente cernerent homines peccatum quale iudicium imminet mundo, sensus humanus non dispergeretur vanitate seculari.

Basil. in psal. 19.

Amb. c. 8.



Clim. grad. 20.

si non infidelitate grauaretur. **CLIMACVS.** Sicut qui esurit recordatur panis, sic qui saluari cupit non potest non recordari extremum iudicium. Hoc antidoto contra peccata muniuit se **S. IOB.** dicens. Quid faciam cum surrexerit ad iudicandum Deus? et cum quaesierit, quid respondebo illi? semper quasi tumentes super me stus timui Deum, et pondus eius ferre non potui. Hoc à Deo petiuit beatus rex **Dauid**, cum sic precatur. Cōfige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Hoc vsus est **B. HIER.** cuius hoc dictum celebratur. Siue comedam, siue bibam siue aliud aliquid agam, semper insonat auribus meis vox illa horrifca. Surgite mortui, venite ad iudicium. De **INFERNI** recordatione, vnicam tantum **B. PROSPERI** in lib. de vita contemplatiua perpende sententiam. Cogitare, quale malum sit ab illo gaudio diuinae contemplationis excludi, beatissima sanctorum omnium societate privari, fieri patria celestis extorrem, mori vita beata, morti viuere sempiterna, in aeternum ignem cum diabolo et angelis eius expelli vbi sit mors secunda, damnatio exilium, vita supplicium, non sentire in illo igne quod illuminat, sentire quod cruciat, exundantis incendii terribilis crepitus pati, baratri fumantis caca caligine oculos obtacari, profundo gehenna fluctuantis immergi, edacissimis in aeternum dilaniari vermibus, nec finire: hæc et similia multa cogitare, nihil est aliud, quam vitiiis omnibus repudium dare, et omnia blandimenta carnalia refrænare.

Iob. 31. 14. 23.

Psal. 118. 120.

Hier. reg. mon. c. 10.

Prosp. lib. 3. c. 12

Matsh. 26. 41.

Aug. in Psal. 65. in fine.

Aug. ep. 39.

Bern. hom. 22

**IX. REMED.** Oratio frequens ad Deum & Sanctos, maxime ad **B. Virginem.** Quod remedium Christus præscripsit suis nocte passionis, dicens. *Vigilate et orate vt non intretis in tentationem.* Imo eo ipso præscripsit, quod docuit in oratione Dominica nos dicere. *Dimitte nobis debita nostra Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo.* Propterea, inquit **B. AVE.** propheta **Dauid** dixit. *Benedictus Deus meus, qui non amouit deprecationem meam, et misericordiam suam à me. Cum enim videris non à te amotam deprecationem tuam securus esto, quia non est à te misericordia eius.* Et in Epistola ad **Hilariu.** *Omnibus necessaria est oratio Dominica, quam etiam ipsi artetibus gregis, id est, Apostolis suis dominus dedit, vt vnus quisque Deo dicat. Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Cui enim hæc in oratione verba necessaria non fuerint, ipse hic sine peccato viuere pronuntiandus est.* De inuocatione autem **B. Virginis matris Dei** nota illa **D. BERN.** monita super Missus est. *Si insurgant, inquit, venti tentationum, si in curras scopulos tribulationum, respice stellam, voca **MARIAM.** si iactaris superbia vndis si ambitionis, si detractionis, si emulationis, respice stellam, voca Mariam. Si iracundia aut auaritia, aut carnis illecebræ nauiculam concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientia scelerate confusus, iudicii horrore perterritus, barathro incipias aborberi tristitia, desperationis abyssis, cogita Mariam. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde, et vt impetres eius orationis suffragium, non deserat conuersationis exemplum.*

**X. REMED.** Lectio diuinæ scripturæ aliorumque librorum piorum

Bbb

Hoc

- Aug. lib. 8. c. 11. Hoc remedium diuinitus suggestum est Augustino, vt è coeno luxuriose vite tandem emergeret. Nam, vt refert in libris Confessionum, cum le sub quadam fici arbore strauisset, cum lachrymis diuinam impiorum gratiam, vocemq; audisset, *Tolle lege, tolle lege*, concitus rediit ad locam vbi codicem Apostoli reposuerat. *Arripui*, inquit, *et legi* *scilicet* *capitulum*, quo primam coniecti sunt oculi mei. *Non in comessationibus et ebrietatibus non in cubilibus et impudicitis, non in contentione et amulatione, sed in aduice Domini IESVM Christum, et curam carnis ne feceritis in concupiscentiis. Nec ultra volui legere nec opus erat. Statim quippe cum sine huiusce sententia quasi luce securus, et infusa cordi meo omnes dubitationis tenebrae diffugerunt.* Idem quantum ad hoc adolescens fructum collegerit ex lectione Hortensii Ciceronis his verbis narrat. *Ille vero liber mutauit affectum meum, et ad te ipsum Domine mutauit preces meas, et vota ac desideria mea fecit alia. Viluit mihi repente omnis vana spes, et immortalitatem sapientia concipiebam aestu cordis incredibili, et surgere iam ceperam, vt ad te redirem, et c. Quomodo ardebam Deus meus, quomodo ardebam in uoluntate terrenis ad te, et nesciebam, quid ageres mecum?* **HIER.** epistola ad Damascum.
- Amb.** serm. 35. *Et sacrorum voluminum lectio ne vniuersa hominum vitia fugantur.* **AMBROS.** in sermone de ieiunio Domini in d. tertio. *Sacrorum litterarum lectio ipsa est, qua vitam eternam tribuit, et insidias à nobis diabolica tentationis excludit.* **CHRY.** in Genesim. *Quod ad augendas corporis vires sensibilis cibus facit, ad animae lectio diuini praeferat. Spirituale enim alimentum est, et forte reddat animam, et constanter, et magis philosophicam, non permittens, vt à cogitationibus absurdis copietur, sed leuem et alatam faciens, in caelum ipsum, vt dicitur, transfert. Legit concionem tertiam de Lazaro, in qua ostendit lectionem scripturae magnam esse munitionem contra peccatum.*
- XI. R. E. M. E. D.** Concionum sacrarum, piarumq; exhortationum frequentatio, cum proposito fructum aliquem spirituales ex iis capiendi. Vnde **B. IACOB.** *Estote factores verbi, et non auditores tantum, saltem vosmet ipsos. Quia si quis auditor est verbi, et non factor hic comparabitur vtro confidit vultum naturitatis suae in speculo: considerauit enim se et abiit, et statim obliuiscit qualis fuerit.* Hoc remedium ad cauenda peccata Deus ipse praescripsit lectione prophetae. *Noli*, inquit, *subtrahere verbum, si forte audiant, et auertatur vnusquisque à via sua, et poeniteat in malis, quod cogito facere vobis propter iniquitatem studiorum eorum.* Ratio huius est, quia Dominus ad eundem dicit. *Nam quid non verba mea sunt quasi ignis, et quasi malleus conterens petram?* In qua verba sic **Hieronymus.** *Mens enim, inquit, sermo nuntius futura supplicia, vt deterreat homines, à peccando, et paleis peccatorum comminatur et incensum, vt haereticorum corda dura et instar silicis indomabilia sermonis sui malleo conteratur, auferens eos lapideum, vt pro eis ponat cor carneum, molle videlicet, et quod possit dei suscipere et sentire praecepta.* Eodem spectant illa **Chrysostomi** in Mattheum. *Omnia verba*

ba diuina, quamuis rustica sint, & incompofita, vna sunt, quia inuis in sensibus suis habent positam veritatem Dei, quasi sanguinem in venis inclusum, & ideo vniuersum audientem, sicut testatur B. Petrus dicens. Quo ibimus? verba vna habes. Omnia autem verba secularia, quoniam non habent in se virtutem Dei, quamuis compofita sint & ingeniosa mortua sunt. Efficaciam huius antidoti post Christum ostendit B. Apostolus Petrus, qui concione sua ad populum, vt est in Actis Apostolorum, vna die tria, altera quinque hominum millia à peccati tyrannide ad Christi regnum traduxit, & exemplo B. Petri deinceps Apostoli alii, ac imprimis B. Paulus alique sancti, vt liquet ex eorum Vitis.

XII. REMEDIUM Pœnitentia, vel dolor animi de peccatis, quam Theologi vocant Contritionem. Hoc remedium Deus non solum creberrimè per Prophetas contra peccata præscripsit, sed & præcursor Christi Ioannes baptista ipseque Saluator ab eo prædicationem suam sunt auspiciati, dicentes. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum caelorum. Et B. Petrus. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. Dauid Propheta, Sacrificium Deo, inquit Spiritus contribulatus, cor contritum & humilitatum non despicies. Et Isaias. Quacunque hora ingemuerit peccator saluus erit. Et Spiritus Domini ad annunciamdum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde. Et ad quem respiciam, nisi ad paupericulum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? B. EPHRAÏM lib. de iudicio extremo. Compunctio sanitas animæ est, illuminatio mentis: compunctio remissionem delictorum nobis acquirit: compunctio vniuersum Iesum facit in nobis habitare. Et infra. Grandis est virtus lachrymarum, multumque prævalent lachrimæ, quæ secundum Deum sunt. CHRYSOSTOMUS de pœnitentia, Pœnitentia est medicamentum peccatum extinguens, donum cœlestis datum, virtus admirabilis, gratia vim legum superans. Et de compunctione cordis. Sola est cordis compunctio, quæ sicut ignis omne animæ vitium perurit, & quantacumque in ea reperit mala abstergit vniuersa & penitus delet. HIERONIMUS in Epitaphio Fabiolæ. Quæ peccata stertus iste Fabiolæ nõ purget? quas inueteratas maculas hæc lamenta nõ abluant?

XIII. REMEDIUM Confessio peccatorum coram Deo, vel coram Sacerdote, quæ dicitur sacramentalis. Eo usus est rex Dauid, cum ait. Dixi, confitebor aduersum iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Nam cum in Regum. 2. dixisset ad Nathan prophetam, Peccauit Domino. Mox subiecit Nathan. Dominus quoque transulit peccatum tuum. Et Salomon. Qui abscondit scelera sua non dirigitur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Et B. Ioannes. Si confiteamur peccata nostra, Deus fidelis est, & iustus vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Et B. Iacobus. Confitemini alterutrum peccata vestra Leuia quidem, inquit tibi B. Beada, aequalibus, grauiora autem sacerdotibus. ORIGENES in Lucam. Si reuelauerimus peccata nostra nõ solum Deo, sed & his qui possunt mederi vulneribus nostris atque peccatis delebuntur peccata nostra ab eo, qui ait. Ecce deleo, vt nabe iniquitates tuas, &

Ioanna. 6. 69.

Act. 28.

Matth. 3 &amp; 4.

Act. 1. 38.

Psal. 50. 19.

Isai. 30. iuxta 70.

Isa. 61. 1.

Isa. 66. 2.

Ephr. c. 4.

Chry. hom. 5.

Id. lib. 2.

Psal. 31. 5.

2. Reg. 12. 13.

Prou. 28. 13.

1. Ioan. 1. 9.

Iac. 5. 16.

Orig. hom. 13.

Bas reg. 219.

sicut caliginem peccata tua. **BASILIVS** in regulis breuioribus. *Omnino in confessione peccatorum eadem ratio est, quæ etiam in apertione vitiorum corporis, Vt igitur hæc nequaquam quibusuis temere homines apertunt, sed iis tantum modo, qui rationem, qui ea curanda sunt, teneant: eodem etiam peccatorum confessio fieri debet apud eos, qui ea possint curare.* **AMB.** lib de pœnitentia. *Si vis iustificari, fatere delictum tuum.*

Amb. l. 2. c. 6.

Chry. hom. 20.

Aug. in Psal. 66.

*Soluit enim criminum nexus, veracunda confessio peccatorum.* **CHRYS.** in Genesim. *Confessio peccatorum, abolitio est delictorum.* **AVG.** in psalmos. *Tristis esto, quam confitearis: confessus exulta, iam sanaberis.* **GREG. NAZ.** in plagam grandinis. *Magna vitii medicina est confessio, et peccati fuga.*

Naz orat.

**XIV, REMED.** Satisfactio per ieiunia, preces, eleemosynas, aliasque corporis castigationes, siue vltro assumptas, siue à Sacerdote iniunctas.

1. Cor. 9. 27.

Ioel. 2. 12.

Tob 4.

Clare enim docet Spiritus sanctus hæc valere ad expianda peccata. **APOSTOLUS** de se ait, *Castigo corpus meum et in seruitutem redigo, ne quando reprobus efficiar, & propheta Ioel, Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, planctu et fletu.* Et **Tobias.** *Elemosyna ab omni peccato et à morte liberat, et non patietur eam ire in tenebras.* Et **Ecclesiasticus.** *Ignem ardentem extinguit aqua, et eleemosyna reficit peccatis.* Et **Christus** apud **Lucam.** *Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis.* **AMBR.** ad Ecclesiam Vercellensem. *Quia nobis salus esse potest, nisi ieiunio eluerimus peccata nostra? Et ad Virginem lapsam. Grandis plaga alta et proluxa opus est medicina: grande scelus grandem necessariam habet satisfactionem.* **HIER.** in Ioel. *Qui peccator est, et quem remordet propria conscientia, citius accingatur, et plangat vel propria delicta, vel populi, et ingrediatur Ecclesiam, de qua propter peccata fuerat egressus: et cubet, vel dormiat in sacco. vt prateritis delicias per quas offenderat Deum vitæ austeritate compenset.* **AVG.** ad Macedonium. *Nihil aliud agit, quem veraciter pœnitet, nisi vt id quod mali fecerit, impunitum esse non sinat: eo quippe modo sibi non parienti ille parit, cuius altum iustumque iudicium nullus contempere euadit.* **THEODOR.** ET **VS** in epitome diuinorum decretorum.

Eccli. 3. 33.

Luc. 11. 41.

Amb. ep. 82.

Hier. in Ioel. 1.

Aug. ep. 54.

Theod. cap. de pœnit.

Greg. lib. 6. c. 15.

1. Cor. 11. 31.

*Sunt medicabilia etiam quæ post baptismum sunt vulnera, non vt olim per solam fidem data remissione, sed per multas lachrymas, et luctus, et ieiunium, et orationem, et laborem facti peccati quantitati temperatum,* **GREG.** in primum Regum *Non solum confitenda sunt peccata, sed etiam pœnitentiæ austeritate delenda.* **AD HOC** remedium vsurpandum id maximè te excitare poterit, quod nullum peccatū, quantumuis leue, apud Deum impunitum maneat, nisi tu ipse in hac vita punieris. *Si enim nos ipsos diiudicemus, inquit B. Paulus, non vlti iudicemur.* Ita docent **S. Patres.** **Vt S. AVGVSTINUS** in Psalmum. 50. & 58. **Et B. PROSPER** in libris Sententiarum, c. 2. & **B. Greg.** lib. 4. moralium, c. 21. & 9 moral. 27. *Procul dubio, inquit Dominus delictum sine vltione non deserit: aut enim ipse hoc homo in se pœnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicauit.*

Theod. cap. de pœnit.

Greg. lib. 6. c. 15.

1. Cor. 11. 31.

**XVI. REMED.** Fuga occasionum peccandi, ac Primo, noxiæ conuerſa.

**XVI. REMED.** Fuga occasionum peccandi, ac Primo, noxiæ conuerſa.

uerfationis. *Qui enim tetigerit picem, inquinabitur ab ea. & qui communicat superbo, induet superbiam.* Et Apostolus. *Ne commisceamini fornicariis, & cum huiusmodi nec cibum sumite.* Et paulo ante. *An nescitis, quod modicum fermentum totam massam corrumpit?* Et. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Vnaque conspecta, ait Poeta, *liuorem ducit ab vna* Hinc Christus apud B. Marcum sanaturus surdum & mutum, eum à turba prius sub mouit in dicans hominem in peccato obduratum in vita sancta perseuerare non posse, nisi conuersationem noxiam declinet. Vnde S. Wolstanus, vt est apud Surium in eius vita, Vigormensis in Anglia Episcopus cuidam in eadem peccata identidem relabenti, respondit. *Occasio, vt video, facit latrones, ideo consulo vt monachus fias, & sic vitiorum importunitate carebis.* Deinde fugienda occasio otii, ludorum, spectaculorum, colloquiorum cum fœminis, negotiorum, officiorum, & statuum, vt mercatorum, &c. in quibus crebriora sunt peccandi pericula. *Qui amat periculum, ait Sapiens, peribit in illo. Ideo oramus, ne intremus in tentationem,* ait Chrysostomus in Matthæum, *quia eas quærere non debemus.* Et SENECA ad Lucilium. *Quantum possumus à lubrico recedamus: in sicco quoque parum firmiter stamus.* Refert CASSIANVS in monasticis institutionibus eremitam quendam missum ad se litterarum fasciculum expatria ne resignare quidem voluisse, sed in ignem coniecisse, ac dixisse. *Itē cogitationes patriæ pariter concremami, ne me vltius ad illa quæ fugi reuocare tentetis.* Idem fecit P. Ignatius noster, vt est in eius vita Lege librum P. Ioannis Dauid, qui in scribitur. *OCCASIO arrepta, neglecta.*

XVII. R E M E D. Examen conscientie quotidianum. *Quod si nosmet ipsos iudicemus, non vsque iudicemur,* inquit Apostolus ad Corinthios, id est, fide nobis ipsis iudicium & examen conscientie quotidie instituemus, non opus haberemus terribili iudicio extremo. Vnde B. ATHANASIVS de S. Antonio eremita ita scribit. *Illius quoque admoenebat præcepti, quod dicit Apostolus. Di iudicate vos ipsos & probate, & rationem dei noctis que faciētes si in se delictum deprehendissent, peccare desisterent. Sin autem nullus error decepisset, perseuerantes instarent potius incepto, quam arrogantia tumidi aut alios contemnerent, aut sibi iniustitiam vendicarent, iuxta supradicti Doctōris eloquium, dicentis. Nolite iudicare ante tempus, sæpe nostra non posse recte intelligere peccata, sæpe falli in ratione gestorum, &c. nec non addebat magnam esse ad virtutem viam, si singuli obseruarent quod gererent, vel vniuersas mentium cogitationes fratribus referrent: non enim posse aliquem peccare, cum relaturus esset ad alium, quæcunque peccasset.* Ad hoc examen respexisse videtur & rex Dauid, cum ait. *Irascimini & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.* Qua de causa & hic psalmus semper forte dicitur ab Ecclesia ad Completorium. Vnde CHRYSOSTOMVS in Psalmum 50. exponens verba *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco Habeo,* inquit, *codicem conscientiam tuam. & scribe*

Eccli. 23. 1.  
1. Cor. 5. 10.

1. Cor. 13. 33.

Marc. 7. 35.

Sur. tom. 1.

Eccli. 3. 27.

Chry. hom. 13.

Sen. ep. 117.

Cass. lib. 5. c. 32.

1. Cor. 11. 31.

Athan. in eius vita.

Psal. 4. 7.

Chry. hom. 2.

Pfal. 4. 5.

Bas. de abdicatione.

Bern. ad Carthulianos.

Clim. grad. 4.

Sen. ep. 28.

Id. lib. 3. c. 36.

quotidiana peccata. Quando accubueris super stratum tuum, & ne minem infestum perteris, antequam veniat tibi somnus, profer in medium conscientiam tuam, velut tunicem, & remittiscere peccata tua, & si quid in verbo seu facto, vel incogitatione peccasti. Hoc enim dicit Propheta. Irascimini, & nolite peccare, quia dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Per diem non habuisti tempus, sed seruisisti in diu tuo, & iniunctum negotium, & confabulatio amicorum, & don estica recessitas, & meliorum cura, & vxoris sollicitudo, & militia timor, & ceterarum mille te erum cum dederunt cause. Quando in lectulum tuum veneris, vi sopori membra concedas, ad tranquillum portum, nemo tibi molestus, nemo pulsat, dicit in corde tuo & anima tua. Expendimus diem, o anima, quid boni fecimus, aut quid mali operati sumus? Etsi quid boni fecisti, gratias age: si quid mali, de cetero ne facias: & reminiscens peccatorum tuorum effunde lacrymas, & poteris in lectulo tuo positus ea delere, &c. Sic BASILIVS in sermone commonitorio ad Monachos. Quae quotidie feceris opera respici tecum commemora, & cum iis quae feceris pridie conferio. Et in sermone de alicui Monachus debet quotidianas cogitationes & actiones examinare. Et sermone de institutionibus monachorum. Praeclare faciet, qui completo die conscientiam suam examinauerit, & admissum delictum occultum non tenuerit, sed in medium cunctis audientibus enunciarit, ut communi oratione tanto citius morbus sanari possit. B. BERNARDUS ad fratres de monte Dei. Quae res, quid agas, vel in quo te occupes? Primum est quotidianum orationum sacrificium, vel lectionis studium, quod cotidiana conscientia diffinitioni, emendationi, morum compositioni, pars sua diei neganda non est. Et infra. Disce in cella secundum communis instituti leges tu tibi praesse, & vitam ordinare, & mori componere & temetipsum iudicare, te ipsum apud te accusare, saepe etiam commendari, nec impunitum dimittere. Mane praeterita noctis fac a temetipso exactionem & venturae diei tu tibi indico cautionem. Vespere diei praeterita rationem exige, & superuenientis noctis fac indictionem. Sic districto nequaquam tibi aliquando lascivire vacabit. IOAN. CLIMACVS. Optimus ille trapezita est, qui quotidie vespere lucrum ac detrimentum omnino computat. Quod scire manifestius non potest, nisi horis singulis in tabulis omnia denotet. Nam cum calculi singulis horis ponuntur, potius diei ratio postmodum clarus agnoscitur. SENECA ad Lucilium. Initium est salutis, notitia peccati. Egregie mihi hoc dixisse videtur Epicurus. Nam qui peccare se nescit, corrigi non vult. Deprehendas te oportet, antequam emendes. Ideo quantum potes, te ipsum coargue: inquire in te: accusatoris primum partem, fungere, deinde iudicis, noni ssum deprecatoris: aliquando te offende. Et in tertio de ira. Animus quotidie ad rationem reddendam vocandus est. Faciebat hoc Sextius, ut consummato die, cum se ad nocturnam quietem recepsisset, interrogaret animum suum. Quod hodie malum tuum sanasti? cui vix obstitisti? qua parte melior es? Desinet ira, & erit modorator, quae sciet sibi quotidie ad iudicem esse veniendum. Quid ergo pulchrius hac consuetudine excutiendi totum diem? Qualis ille somnus post recognitionem sui sequitur: quam tranquillius, altius si liber, cum aut laudatus est animus, aut admonitus, & speculator sui censorque secretum cogitavit.

cognoscit de moribus suis. Vxor hac peccatae, et quotidie apud me causam dico. Cum ablutum est conspectu lumen est, et contumite vxor, moris iam mei conscia, totum diem mecum seruator, facta ac dicta mea remeior. Nihil mihi ipse abscondo, nihil transeo: quare enim quicquam ex erroribus meis timeam, cum possim dicere Vide, ne istud amplius facias, nunc tibi ignosco. In illa disputatione pugnacius locusus es? Noli postea congredi cum imperitiis.

XVIII. REMED. Considera semper te versari in conspectu Dei, tanquam operum nostrorum obseruatoris & testis, iudicis vitæ, & infirmitatis nostræ baculi & firmamenti, ab eoque humiliter pete, ne sinat te in aliquod peccatum labi Hoc antidoto contra lapsum in peccatum utebatur

David dicens. *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper.* Et. *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos.* Et Elias in libris Regum. *Visit Dominus Deus Israel, in conspectu suo.* Et Salomon. *In omnibus viriis tuis cogita Dominum, et ipse diriget gressus tuos.* Hac consideratione munita quondam B. V S A N N A grauissimam tentationem vicit. Nam cum scelesti senes illi dicerent *Ecce ostia pomerij clausa sunt, et nemo nos videt:*

*ingemuit Susanna et ait. Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.* Eadem B. E P H R Æ M impudentem meretriculam ipsam ad libidinem sollicitantem expugnauit. Nam cum hæc dixisset. *Volo tecum dormire, & iller respondisset, se contentum, modo id fiat in medio ciuitatis: hæc verò contra obtendisset id sine pudore coram hominibus fieri non posse.* Ephræm respondit, quanto minus fieri debet eorum Deo, qui omnia etiam occultissima intuetur. Quo responso meretrix percussa, veniam supplex petiit facti, & consilio Ephræm monastica vitæ se addixit.

SENECA ad Lucilium. *Accipe vtilem, et salutarem clausulam, quam te affigere animo volo. Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanquam illo spectante viuamus, et omnia tanquam illo vidente faciamus.* Hoc mi Lucili, Epicurus præcepit, custodem nobis et pedagogum dedit; nec immerito. Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. Aliquem habeat amicum, quem vereatur cuius auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum, qui non aspectus tantum, sed etiam cogitatus emendat, et c. Opus est aliquo, ad quem mores nostri se ipsi exigant. Nisi ad regulam prauam non corriget. Hæc illi. Quod si tam vtile est ad non peccandum, cogitare hominem grauem nobis præsentem, quando magis cogitare præsentem esse nobis Angelos custodes, Imo ipsum deum qui verè semper præsens est. Sicut n. discipulus coram præceptore, filius coram parente, seruus coram Domino, qui subditus coram Principe vel regem non audent quicquam agere, quo illi offendantur, sic nec deberemus coram Deo, regem omnium Regum.

XIX. REMED. Fugiens. Euchristiæ communitio. Nam in ea non est illud diuinam gratiam, sed etiam ipsam gratiam auctorem suscipis. Pro-

Psal. 15.  
Psal. 24. 15.  
3. Reg. 17. 1.  
Prou. 9. 6.  
Dan. 12. 20.

Metaphr. in eius vita.

Sen. ep. 10.

pro-

Cyril. lib. 4. c. 17.

Balde. l. 2. c. 28.

Chry. hom. 61.

prium autem gratiæ est, animus, eiusque vires aduersum omnes tentationes peccatorum corroborare, vsque eo, vt S. THOMAS doceat, vnicuique minimum gratiæ gradum, vt Theologi loquuntur valere, modo homo cooperationem nõ subtrahat, ad omnes cuiuscunque generis tentationes expugnandas. Accedit quod S. Patres tradant Christum in comunione sacra non modo per gratiã & dona suã præsentia in animam ingredi, sed cum ipso quodammodo corpore re ipsa misceri, ac proinde proprium esse huius sacramenti frangere & debilitare vires concupiscentiæ, quæ est in carne, idque ita, vt non modo rationi non aduertitur, sed etiam sponte ei pareat, Vnde B. CYRILLVS in Ioannem. *Sed cum in nobis manet Christus, scientem membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit.* Et S. BERN. in sermone de cena Domini. *Duo illud sacramentum (Eucharistiæ) operatur in nobis: vt videlicet & sensum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis tollat omnino consensum. Si quis vestrum non tam sepe modo, non tam acerbos sentiat iracundiæ motus, inuidia, luxuria, aut caterorum huiusmodi, gratias agat corpori & sanguini Domini, quoniam vtrumque Sacramento peratur in eo.* Auctor stimuli virtutum BALDESANVS commemorat in hanc rem sui æui exemplum his verbis. *Audiui aliquando quendam Ferrariensem de senarrare solitum, adolescentem se tam vehementes sensisse carnis in citationes, vt nec vnquam à tentationibus interquiesceret, & aliquoties etiam rueret in peccatum. Auidum tamen salutis accessisse virum religiosum, petuisse consilium, illum dixisse hoc tantum: vxorem duceret. Se fecisse. post aliquot annos vxorem mortuam: se pertimuisse ne in pristinas misérias recideret. Abhorrentem tamen à seruitute (sic appellabat coniugium) quam aliquot annos seruauerat, dedisse se in preces: confessione purgasse, diuinis epulis animum confirmasse. Hisce reb. ita sibi vires, aduersus furias appetituum creuisset, vt seipsum admirans & dolens superioris ætatis infelicitatem diceret *Hæc me miserum, & cur non olim adolescens incidi in hominem, qui non diceret, vxorem duc, sed, vtere frequenter sacramentis?* Visa sunt, & videntur in dies huius generis miracula, virtutem diuinæ gratiæ in sacramentis testantia, ac iam olim testata sunt, vt vel ex vna illa B. CHRYS. ad populum Antiochenum homilia liquet, in qua sic loquitur. *propterea Dominus in Eucharistiã semetipsum nobis immiscuit, & corpus suum in nos contemperauit, vt vnum quid efficiamur, tanquam corpus capiti coaptatum: ardentem enim amantem hoc est. Tanquam leones igitur ignem spirantes ab illa mensa recedamus, facti diabolo terribiles, & attendamus nobis ipsis dilectissimi: & cum aliquid turpe dicere voluerimus, vel nos ab ira corripi viderimus, vel alio quoptiam huiusmodi vitio, cogitemus, quibus facti sumus digni, & sit irrationabilem nobis motuum correctio, talis cogitatio.**

XX. REMED. Considera exempla eorum, qui mori maluere, quam peccare.



peccatum aliquod scientes prudentes committere. Primum sit Apostoli  
ita loquentis in epistola ad Romanos. *Quis nos separabit à charitate Christi? tri-*  
*bulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Cer-*  
*tus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes,*  
*neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque*  
*creatura alia poterit nos separare à caritate Dei quæ est in Christo Iesu Domino nostro.*  
Separatur autem à caritate Christi, qui consentit peccato. 2. est Ambrosii.  
nam cum Ruffinus magister militum, teste Theodoro in historia Ec-  
clesiastica, hortaretur Theodosium Imperatorem de sua excommunica-  
tione valde tristem ac sollicitum, ut bono animo esset, curaturū se dicens;  
ut Episcopus Ambrosius etiam sua sponte sua vincula ei laxaret, respon-  
dit Theodosius. *Novi ego constantiam Ambrosii, et quod nullo regie maiestatis*  
*terrore divinam legem transgredietur.* 3. est Ioannis Chrysostomi Archiepiscopi  
Constantinopolitani, cui cum Eudoxia imperatrix Arcadii coniunx  
per suos legatos multas minas intentaret, eo quod iniquis eius conatibus  
se opposuisset, Legati ei responderunt. *Frustra illum hominem terret, nihil ille*  
*nisi peccatum i met.* 4. LVDOVICI noni Regis Gallorū, qui ab ineunte æta-  
te ex institutione matris Blanchæ hoc persuasum habuit, potius mortem op-  
petere, quam in peccatum lethale consentire. 5. S. Emundi Cantuariensis Ar-  
chiepiscopi, cuius hæc vox erat. *Malo insilire in rogam ardentissimum, quam*  
*peccatum vllum sciens admittere in Deum meum.* 6. S. Anselmi item Cantuari.  
Archiep. qui dicere solebat, *Si hinc peccati horrorem, inde inferni dolorem corpo-*  
*raliter cernerem, et necessario vni eorum immergi deberem, prius infernum, quam pec-*  
*catum appeterem.* Idem scribit in lib. de beatitudinibus, c. 190. *Mallero in-*  
*quiens, purus à peccato et innocens gehennam intrare, quam peccati sordibus ce-*  
*lorum regna intrare.* Eodem pertinent exempla omnium Martyrum, qui  
maluere extremos cruciatus, mortemq; perpeti, quam idolum aliquod,  
facto, verbo, vel nutu, diuino honore afficere, aut Christum negare, illud  
verò maximè admirandum est, non defuisse ex Ethnicis Philosophis, qui  
docuerint potius moriendum, quam contra rationem naturalem, ipsam  
que honestatem peccandum. ARISTOTELIS siquidem in Ethicis di-  
ctum est. *Melius est mori, quam facere aliquid contra bonum virtutis.* Et PVB-  
LII mimi. *Tolerabilior, est, qui mori iubet, quam male vivere.* Papinianus Iure-  
consultus, teste Ælio Spartiano, mori maluit, quam parricidium Antoni-  
ni Caracallæ Imperatoris, qui occiderat fratrem Getam, defendere. Illu-  
stre exemplum apud Plutarchum est in hoc genere de puero. DEMO-  
CLES, inquit, puer formosus lauandi corporis causa ingressus erat solus  
priuatum balneum. Hoc vbi rex Demetrius deprehendit forma eius ca-  
ptus locum clanculum adit ut eo abuteretur. Democles autem horrens  
lapsus, cum nullū pateret effugium, detracto aheni, q̄ ibi erat operculo  
Ccc inaquam

Rom. 7. 15.

Theod. lib. 6. c. 18.

Metaphr. in eius vita.

Sur. in vita.

Sur. in vita.

Sur. in vita.

Aristor. lib. 3. Ethic.

Maximus serm. 6.

Spart. in Cara- calla.

Plut. in vita De- metrii.

in aquam feruentem nudus infiluit facinus dignum patria, dignum forma, dignum pudicitia perpetrans. Quid mirabilius, quam tantum Principem promissis & blanditiis puerum non cedere, ut pudicitiam læderet?

VIDE V. *Amor sui. Conscientia scrupulosa. Consuetudo praua Exemplum malum. In mortificatione passivum Indiscretio. Inobedientia. Iudicium proprium. Linguae abusus. Otium. Tentatio. Voluntas propria.*

## PECCATVM VENIALE.

### *Remedia contra peccata venialia.*

**I** R E M E D. Considera diuinæ scripturæ sententias de leuioribus peccatis. Sunt enim quædam peccata grauiora, quæ dicuntur mortalia & hominem planè auertunt à Deo, quibus pœna debetur æterna, iuxta illud Apostoli. *Stipendia peccati Mors.* Alia verò sunt leuiora, quæ quidem non nihil impediunt cursum ad Deum, non tamen ab eo auertunt, & dicuntur venialia, quia facili negotio expiantur. Priora dicuntur criminosa, posteriora peccata, utq; AVEVSTIN. monet in Enchiridio, ubi scribit, *sine crimine iustos homines viuere, sine peccato non viuere.* iuxta illud B. Ioannis. *Si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus.* Inter venialia numerantur ab omnibus Patribus verba vel colloquia otiosa de quibus apud Matthæum dixit Christus, *De omni verbo otioso, quod leuissimum fuerint homines, reddent rationem in die iudicii.* Deinde ira contra fratrem, sed animo hærens, nulloq; conuictio expressa. De qua idem Christus. *Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui dixerit, raca, reus erit concilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Hinc enim apparet, vltimum tantum proprie esse peccatū mortale, priora verò censeri leuiora, quia mortale est quod meretur pœnam gehennæ. Per gradus enim culpa ai Greg. euenit ordo sententiarum. Apostolus quoq; cum in prima ad Corinta scribit. *Si quis superaddidit super fundamentum hoc (Christum) aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum stipulam, vnus cuiusque opus manifestum erit. Dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur, & vnus cuiusque opus quale sit, ignis probabit.* peccata venialia comparat rebus natura sua leuissimis, ligno, fœno, stipulis ut intellexit Ambrosius in psalm. 118. Hieronymus contra Iouinianum. Augustinus in libris de ciuitate Dei. Et Gregorius in quarto dialogorum quia leuiora peccata detrimentum quidem afferunt & purgatione indigent, non tamen excludunt à salute.

II. R E M. Considera SS. Patrū testimonia ORIGENES in Lucam. *Vnusquisq; p̄ qualitate & quantitate peccati diuersam multæ sententiæ expendit. Si parum*

Rom. 6.13.

Aug. c. 84.  
1. Ioan. 1. 8.

Matth. 15. 34.

Matth. 5. 23.  
Greg. 21. mor. c. 5.

1. Cor. 3.

Amb. serm. 29.  
Hier. lib. 2.  
Aug. 1. 21. c. 26.  
Greg. 63.

Orig. hom. 25.

est, quod peccat, ferieris damno minuti, ut *Lucas* scripsit: ut verò *Matthæus*, quadrans. Veruntamen necesse est hoc ipsum, quod extitit debitor solvere. Non enim inde exies, nisi & minima quæque persolueris. **LACTANTIUS** libro quinto institutionum. In religione Christiana pro sacrificio exigitur bona mens, purum pectus, innocens vita. Hic communit & leui peccato locus est nullus. **BASILIVS** in sermone commonitorio, Nullum, inquit ad nouitium, sit omnino erratum, quod parui pendas. & in proæmio regularū fusè disputatarum. Qui ut filius, & non ut seruus obedit Deo, etiam in minimis timet offendere. **CHRYS.** in *Matthæum* putat parua magis timenda, quam magna. Magna enim, ait, ut auersemur, ipsa peccati natura efficit: parua autem hæc ipsa re quia parua sunt, desides reddunt, & dum contemnuntur non potest ad eorum expulsionem animus generose insurgere. **HIER.** ad *Heliodorum*. Mens Christo dedita æquè & in maioribus, & in minoribus intenta est, sciens etiam pro otioso verbo reddendam esse rationem. **AUC.** in sermonibus de sanctis. Quibus peccatis (minutis & quotidianis) licet occidi animam non credamus, ita tamen eam velut quibusdam pustulis, & quasi horrenda scabie replentes deformem faciunt, ut eam ad amplexus illius sponsi cælestis, aut rex, aut cum grandi confusione venire permittant. **CASSIANVS** in collationibus. Cæterum ab istis minutis peccatis, in quibus sepius iustus cadit, ut scriptum est, & resurgit, non quam deerit panicudo. Aut enim per ignorantiam, aut per obliuionem, aut per cogitationem, aut per sermonem, aut per obreptionem, aut per necessitatem, aut per fragilitatem carnis singulis diebus vel inuiti vel volentes frequenter incurrimus, pro quibus & *Dauid* orans Dominum, purificationem atque indulgentiam deprecatur, dicens Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me. **S. BARN.** de præcepto & dispensatione. Si iubente seniore ve silcam, & verbum mihi forte per obliuionem elabatur, reum me fateor inobediens, sed venialit' err. Si ex contemptu sciens & deliberans spontè in verba prorupero, & rupeo silentii legem, præuaricatorem me constituo & criminaliter: & si impatientis per se uero, usque ad mortem, peccaui, & damnabiliter.

Luc. 12. 59.  
Matth. 23.  
Lact. c. 19  
Basil. de abdicat  
recum.  
Chry. hom. 87.  
Hier. ep. 9.  
Aug. serm. 41.  
Cass. coll. 10. c.  
11.  
Prou. 24. 16.  
Psal. 18. 13.  
Bern. in tract.  
Iac. 3. 2.  
Aug. lib. 22. c.  
27.  
Amb. c. 2.  
Ioan. 3.  
Psal. 117. 19.  
Bern. de præc.  
& dispensat.

III. **REMED.** Considera peccato veniali quantumuis leuissimo offendi Deum. Vnde *B. Iacobus*. In multo offendimus omnes. Quis autem velit Deum, hoc est, conditorem suum, benefactoremque tantum vel in minimo offendere? Quod autem offendet Deum, inde liquet, quod repugnet legi, ac proinde voluntati diuinæ. Peccatum enim, teste *Augustino* contra *Faustum* Manichæum, est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei. Et *Ambrosius* in lib. de *Paradiso*. Quid est peccatum, nisi præuaricatio legis diuinæ, & cælestium inobedientia præceptorum? **BEDA** in epist. *Ioannis*. Cum dicit *Ioannes*. Quia omnis qui facit peccatum & iniquitatem facit. hoc est, a uoluntate, & peccatum est iniquitas, manifestè insinuat, quia omne quicquid peccamus contra legem Dei facimus, iuxta illud *Psalmi* 58. Præuaricantes reputati omnes peccatores. Vnde *Bernardus* in tractatu de præcepto. Omne peccatum contra Dei mandatum præsumitur. Quod autem contra mandatum præsumitur, inobedientia dicitur. Hinc



colligitur, quod irasci fratri, & inobediencia sit, & crimen non sit. En unum inueniunt  
est monacho leue ac veniale peccatum, quodque non humani sed diuini mandati statum  
transgressorem. In hoc genere transgressionis sunt nonnulla stultitioquia, seu vanilo-  
quia, & quæque otiose dicta, facta, & cogitata. huiusmodi enim nunquam nisi contra  
mandatum, & Dei mandatum vsurpantur. Peccata quippe sunt, & Deus prohibet omne  
peccatum, & tamen venialia, non criminalia reputantur. Deinde offendit Deum  
& oculos diuinos à nobis quadantenus auertit, quia animam nostram  
verè, licet non lethaliter vulnerat, & fordidam ac foedam reddit. Vnde  
AVGVSTINVS scribens in caput XIII. Ioannis Euangelistæ & B. BASILIVS  
in sermone de coena Domini comparant eam sordidis pedibus Aposto-  
lorum, de quibus Christus apud Ioannem. *Qui lotus est, non indiget, nisi in pe-  
des lauet.* Licet enim Apostoli iam mundi & iusti facti essent per baptismum,  
tamen adhuc lauacro alio pœnitentiæ, propter contracta postillum le-  
uiora peccata indigebant si vellent participes reddi regni coelestis. Nihil  
enim coinquinatum, vt est in Apocalypsi, introibit in regnum Dei. Quo sensu &  
Christus Petro dixit. *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Adhæc idem  
Augustinus ita scribit in libro 50. homiliarum. *Quamuis singula (peccata  
venialia) non lethali vulnere ferire sentiantur, sicut homicidium & adulterium, vel  
cetera huiusmodi, tamen omnia simul congregata, velut scabies, quo plura sunt, ve-  
cant, & nostrum decus ita exterminant, vt ab illius sponsi speciosi forma præ filiis ho-  
minum castissimis amplexibus separent, nisi medicamento quotidiana penitentia dis-  
secentur.*

Basil. orat. 1.

Num. 15. 36.  
Iosue 7. 15.

Num. 12. 10.  
Num. 20. 12.

2. Reg. 3. 10.

Act. 5. 5.

Ioann. 13. 8.

Matth. 25. 41.

IV. REMED. Considera, peccata quædam, quæ nostra opinione  
sunt leuissima, apud Deum sæpe esse grauiora, quod B. BASILIVS prolixè in  
quadam oratione de peccato multis scripturarum exemplis inde pro-  
bat, quod acerbissime quædam in speciem leuia castigari. Vt in Numeris  
illius, qui ob collecta Sabbatho ligna à populo lapidatus est. 2. in Iosue  
Achan, qui ob exiguum furtum non solum sibi ipsi, sed etiam coniugi,  
liberis, toti domui, & omnibus denique suis exiti: causam præbuit. 3. in  
Numeris Mariz fororis Moysis, cuius leui licet noxæ, ipso quoque Moy-  
se manus ad Deum tendente, non condonata est multa. 4. Ibidem Moy-  
sis, qui cum tantus esset Dei amicus, tamen ob exiguam incredulitatem  
aditu terræ promissionis exclusus est. 5. Heli sacerdotis qui ob omisiam  
asperiores filiorum obiurgationem, ipse cum filiis infausta morte mul-  
tatus est. 6. Ananiz & Sapphiræ, qui ob retentam aliquam pecuniolam  
repentina morte temporali ab Apostolo Petro sublati sunt. 7. Petri eius-  
dem, cui Christus apud Ioannem negauit vitam æternam, si non obedi-  
ret in acceptanda lotionepedum. 7. omnium qui esurientes non pau-  
runt, sitientes non potarunt, egros non inuiferunt, &c. quibus apud Ma-  
thæum dicitur. *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* De eadem re sic B.  
AVG.

AVG. in Enchiridio. Sunt quaedam, quae leuissima putarentur, nisi in scripturis demonstrarentur opinione grauiora. Quis enim dicentem fratri suo, fatue, reum gebennae putaret, nisi veritas diceret? cui tamen vulneri subiecit continuo medicinam, praeceptum fraternae reconciliationis adiungens, &c. Aut quis aestimaret, quam magnum peccatum dies obseruare, & menses, & annos, & tempora sicut obseruant, qui certis diebus, siue mensibus siue annis volunt, vel nolunt aliquid inchoare, eo quod secundum vanas doctrinas hominum fausta vel in fausta existiment tempora, nisi huius mali magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus, qui talibus ait. Timeo, ne forte sine causa laborauerim in vobis. Deinde mox addit. Hinc accidit, quod peccata quamuis magna & horrenda cum in consuetudinem venerint, aut parua, aut nulla esse credantur, vsq; adeo, ut non solum non occultanda, verum etiam iam praedicanda ac diffamanda videantur. Eodem pertinent illa CHRYSOSTOMI in libro de compunctione cordis exponentis verba Dauidis. Misere mei Domine, quoniam infirmus sum. Ob hoc beatus ille, qui tantorum bonorum sibi conscius erat tali vitur confessione, quia sciebat, quod nemo iustificabitur in conspectu Dei: sciebat quia iustus vix saluus fiet. Haec est enim humilitatis e cordis vera compunctio, magna agere & humilia loqui, iusta operari, & super peccatores timere. Et vis scire, quantus in eo sit timor diuini iudicii? audi quid dicit. Iniquitates si obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Nouerat enim & valde nouerat quia in multis criminibus obnoxij sumus Deo, & quia etiam parua peccata, & ea etiam, de quibus nec superamur, deducuntur ad iudicium.

V. R. E. M. E. D. Considera, quod si non sedulo caueas peccata leuiora, te in periculum coniciies admitten di grauiora & laethalia. Qui autem amat periculum, peribit in illo, inquit Sapiens. Periculi autem huius causa potest esse multiplex. Primo consuetudo peccandi. Qui enim spernit modica, ait idem, paulatim decidet. Quae verba explanans. B. GREG. in decimo moralium. Si enim curare parua, inquit, negligimus insensibiliter seducti, audenter etiam maiora perpetramus. Et in tertia parte pastoralis admonitione 34. Qui enim minima peccata flere ac deustare negligit a statu iustitiae non quidem repente sed partibus totus cadit. 2. Causa est natura peccati. Peccatum enim sua natura est graue, & ideo pondere suo semper ad grauiora trahit. Vnde CHRYS. in homilia de Iona propheta. Nihil graue aequè & onerosum inuenies, quam peccatum, & ideo Zacharias plumbo peccatum figurauit, & Dauid naturam eius describens, ait. Iniquitates meae superauerunt caput meum, & sicut onus graue grauatae sicut super me. Et B. GREG. lib. 25. Moralium. Peccatum, quod penitentia non diluit, ipso suo pondere mox ad aliud trahit 3. Causa, quia quaedam peccata natura sua excitare solent maximas lites & bella, ut leue aliquod conuiuium, non secus quam parua scintilla magna solet excitare incendia, de quo B. IACOB. Lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis quam magnam syluam incendit? Et lingua ignis est, & universitas iniquitatis. Hac de causa Christus prohibuit iram etiam corde tantum conceptam

Chry. lib. 2.

Psal. 6. 3.

Psal. 129. 2.

Eccli. 8. 27.

Greg. c. 14.

Chryf.

Zach. 5.

Psal. 37.

Greg. c. 11.

Iac. 3. 5.

Matth. 5. 22.

- ne ab ea, ut sit, in contumelias, & homicidia, rueretur. Prohibuit aspectum mulierum, ne inde lapsus esset in moechiam. Prohibuit iuramentum, ne procederet ad periurium. Vnde CHRYSOSTOMVS in caput 7. ad Romanos. *Lasciuus es, luxurique deditus? Ponito tibi si certum terminum, ut posthac mulierem non inspicias, neque in theatrum ascendas: multo si quidem facilius est, in principio mulierem elegantis formae ne videre quidem, quam postquam spectaueris, irrequietam ex animo quae inde nascitur, eicere tumultuationem. Lenior enim sunt primo congressu certamina, imò ne opus quidem fuerit certamine, tantummodo non apertamus hosti portas, neq. femina malitia recipiamus. Idco & Christus cohibuit immedesto visu mulieri intendentem, ut maiore nos labore liberaret: antagonistas iubere antequam robustior fiat domo eicere, quando eici facile poterit. Et in Psalmum sextum. Quando paruum animi perturbationem susceperis ne eam neglexeris, quod parua sit, sed considera quanta mala pariat. Nam si in domo paruum aliquid stuppa accensum viderimus, conturbamur, tumultum mouemus: non enim attendimus initium, sed ex iustio finem considerantes mouemur, & concurrimus, ut totum caminum extinguamus. Hoc igne vehementius exedit animam peccatum. 4. causa est multitudo peccatorum venialium, de quibus ita loquitur Avg. in Ioan. Quomodo minuta peccata, si neglegantur, occidunt? minuta sunt gutta, q. flumina implent. minuta sunt grana arenae, sed si multa arena imponatur premit atq. opprimit. Hoc facit sentina neglecta, quod fluctus irruens paulatim per sentinam intrat: sed diu intrando, & non exhaurendo mergit nauim. Et epistola ad Seleucianam. Illa utiq. peccata, quae humana fragilitati, quamuis parua, tamen crebra subrepunt, quae si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & opprimunt, sicut vnum aliquod graue peccatum. Quid enim inter est ad nauis fragium, viru vno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim subrepens aquam in sentinam, & per negligentiam derelicta atq. contempta impleat nauem atq. submergat? Haec ille. Quae verba non sic sunt accipienda, quali multitudo peccatoru venialium, dum venialia manent, exequari possint vni mortali: id. n. Theologi scholastici firmis rationib. redarguunt, sed vti ea exponit S. THOMAS in secunda parte summe Theologicæ, quasi multa venialia, si neglegantur proximam viam parent & disponant ad mortale, sicut vulnus curabile, si negligatur disponit ad morbum lethalem. 5. Causa est. Contemptus leui peccatoru maximè si ferius sit, & grauis de quo intelligi potest illud AVGVSTINI in epistolam Ioan. *Ista leuia, quae diximus, noli contemnere; si contemnis, quando appaens, expauescit, quando numeras. Lenia multa faciunt vnum grande. Multa gutta replent flumen: multa grana faciunt massam.* Et illud CHRYSOSTOMI in caput 7. ad Romanos. *Fugiamus modica malitiam, quia si quidem ab illis nascuntur. Quisquis. n. ad quodlibet delictum dicere didicit consuetum illud. Nihil erit ab hoc damni: paulatim omnia perdet. Istud quippe malitiam induxit, istud latroni portas aperuit, istud ciuitatis muros deiecit. Hoc & in corporibus magni morbi contrahuntur, quando medici contemnantur.* Clarius S. BERN. tractatu de*
- Chry. hom. 12.
- Aug. tract. 11.
- Ep. 108.
- S. Thom. 2. 2. q. 14. c. 3.
- Aug. tract. 11.
- Chry. hom. 12.
- Bernard.

tu de precepto & dispensatione. Stultiloquia, & quoq; otiose dicta, facta & cogitata peccata sunt, & tamen venialia & non criminalia reputantur, excepto, cum per contemptum vertuntur in usum & consuetudinem, & tunc non peccati species, sed peccati intentio pensatur. Elatio quippe contententis, atq; in penitentis obstinatio in iniuriis quoq; mandatis culpam facit non minimam, & conuertit in crimen grauis rebellionis, & autem satis leuem simplicis transgressionis. Et de conuersione. S. Pauli. Si id. scem. dicas non est magis, sed in his maneam venialibus, minimisq; peccatis. Hæc dilectissimi impudentia, ac blasphemia in spiritum sanctum, blasphemia irremissibilis.

VI. REMED. Considera, etiam si peccato veniali Deus non eo usq; offendatur, ut hominem sua gratia & amicitia destituat, tamen pietatis amantibus fugiendum esse obsequentes eius effectus. Nam primo obligat hominem ad poenam huius vitæ, vel futuræ in Purgatorio luendæ. nullum siquidem peccatum manet impunitum, vt probauimus supra ex S. Patribus. 2. animam sordidiorẽ reddidit, vt diximus. 3. imminuit caritatis feruorem, vt aqua frigida iniecta in calidam. 4. vires animi debilitat, sicut onus anibulantem. 5. r. tardat gloriam æternam. 6. minuit meritum & vitæ æternæ gloriam. 7. disponit ad peccatum mortale. 8. obstaculum aliquod ponit augumento gratiæ. 9. impedit deuotionem in orando, & in vita spiritali progressum. 10. displicet Deo & Angelis, & ideo nunquam licet peccatum veniale committere, etiam si spes affulgeret totum mundum per illud conuertendi. 11. placet dæmoni, & ideo sæpe occasionem capiat per illud nos perdendi, vt notauit B. Chryostomus in epistolam ad Ephesios, dum exponit verba illa. Nolite locum dare diabolo. *Quamdiu, inquit, lapides bene compacti sunt, nihilq; vacuum inter se habent, firmi & infracti persstant; si vero vel foramen acus duntaxat, quod vtrinq; penetret, aut scissura, qua capilli locum habeat, fieri contigerit, omnia dissoluuntur ac pereunt. Ita & diabolus, donec compacti quidem, ac bene cõpositi fuerimus, nihil suorum omnino poterit inferre. Quamprimum vero vel modicum nos relaxare poterit, non aliter q; quasi quiddam torrens toto impetu infunditur. Nã ubiq; illi solis duntaxat inuitis opus est. Si vero nactus fuerit inicitium nocendi oia sibi ipsi subinde suppte ingenio vestigat & amplificat.* Et B. Ephr. c. de in temperantia. *EPH. in tractatu de virtutib. & vitiis. Vos hortor, obtestorq; fratres, vt nõ solũ à grauiorib. peccatis tẽperetis, q; quidẽ vos facere noui, sed etiã ab illis q; paruis apparent ac leuia q; tanq; minimi ac nullius momenti fere ab hominib. negligi sperniq; solent, quasi nulla de similib. reddẽda foret ratio, cũ interim per eiusmodi nos perdere etiã quærat dæabolus.*

VII. REM. Vsurpa frequenter antidota à S. Patribus, aliisq; Ecclesiæ Doctoribus præscripta. Ea autem sunt. Oratio Dominica omnib. à Christo præscripta, tuncio pectoris à publicano & aliis usurpata, elemosyna, & quilibet actus feruens caritatis, ieiuniũ, & aliæ castigationes corporis, Luc. 11. 15. pœnitentiã vel dolor animi, gemitus lacrymę, confessio, examẽ conscientiæ, aqua benedictæ aspersio, benedictio Episcopi, & id genus similia.

Vnde

V. Peccatum.  
Rom. 14.

Chry. hom. 14.  
in c. 4.  
Eph. 4. 27.

Ephr. c. de in  
temperantia.

Aug. ep. 108.

Serm. 42.

1. Cor. 1. 12.

Psal. 89. 4.

Chry. hom. 60.  
in c. 15.1. Cor. 11. 31.  
Examen con-  
scientiæ.

Hier. ep. 17.

Theodor. sc. 6.  
4.

Vnde B. AUG. epistola ad Seleucianam. Est etiam penitentia bonorum et hu-  
milium pana quotidiana, in qua pectora tundimus dicentes. Dimitte nobis debita nostra,  
sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Neque enim ea nobis dimitti volumus quæ dimissi  
non dubitamus in baptismo, sed illa vitæque, quæ humana fragilitati, quamuis præcisa, tamen  
crebra subrepunt. Et in sermone de sanctis. Quibus operibus, minuta peccata redimuntur,  
plenus vobis insinuare desidero. Quoties infirmos visitamus, in carcere clausos, et in  
vinculis positos requirimus, discordes ad concordiam reuocamus, in dicto Ecclesia iu-  
nio ieiunamus, pedes hospitibus abluimus, ad vigiliis frequenter cõuenimus, elemosinam  
ante ostium prætereuntibus, pauperibus, damus, inimicis nostris quoties petierint re-  
miam indulgemus. Istis enim operibus, et his similibus, minuta peccata remittuntur quædam.  
Et paulo ante. Ita peccata ipsa in hoc seculo purgantur, ut in futuro ille ignis purgati-  
us, aut non inueniat, aut certe parum inueniat, quod exurat. Si autem bonis operibus  
peccata non redimimus, ipsi tamdiu in illo purgatorio igne moras habebimus, quamdiu  
supradicta peccata minuta tanquam ligna, fenum, stipula consumantur. Sed licet  
aliquis. Non pertinet ad me quamdiu moras habeam, si tamen ad vitam æternam per-  
rexero, Nemo hoc dicat, fratres charissimi, quia ille purgatorius ignis durior est, quam  
quicquid potest in hoc seculo penarum videri, aut cogitari, aut sentiri. Et cum de die  
iudicii scriptum sit, quod erit dies vnus tanquam mille anni, et mille anni tanquam  
dies vnus, unde scit vnusquisque, vtrum diebus, an forte etiam, an vnus  
per illum ignem sit transiurus? Et qui modo nec vnum digitum suum in ignem  
mittere, timeat necesse est, vel tunc paruo tempore cum antea et toto corpore cruciat.  
Et CHRYS. in Genesim. Neque peccata quæ nobis videntur parua contemptim præ-  
reamus, sed quotidie à nobis rationes repetamus et verborum et speculationum, et pa-  
nas de nobis ipsis sumamus, ut nos à futuro supplicio liberemus. Nam propter hoc et  
Paulus inquit, Nam si nos ipsos iudicauerimus, non vitæque iudicabimur. Ita si nos ipsi  
hic condemnauerimus propter quotidiana peccata, imminuemus supplicium, quod alibi  
futurum est, quod ignauis fuerimus. Qui iudicatur, inquit, à Domino erudimur. Pri-  
us igitur nosmetipsos condemnemus magna cum gratitudine, et nullo scient in tri-  
bunali conscientie sedeamus, et sic examinemus nostras ipsorum cogitationes, et rectam  
sententiam proferamus, ut mens timens magnum illum terrorem non patiatur nos am-  
plius decipi, sed impetum refrenet, et præuidens illum indeceptum oculum præcludat  
diabolo ingressum.

VIII. RE MED. Considera exempla Sanctorum, qui seduli fuerunt in  
cauendis peccatis venialibus, & forte lapsi, grauius in se ea vindicant.  
Primum sit B. Paulæ Romanæ, quam HIER. Epistola ad Eustochium  
affirmat leuia peccata ita planxisse, ut illam grauissimorum criminum crederet ream.  
Eam quoque dicere solitam, quod inter seculi homines vel leue putatur, vel nihil  
hoc in monasteriis grauissimum delictum esse. ALTER VM sit B. Eusebii cæmæ,  
de quo THEOD. in historia Sanctorum sic scribit. Sedebat super quandam  
petram Eusebius et Ammianus admirabilis, et diuinorum Euangeliorum historia



alter quidem legebat, alter vero eorum, quae erant obscuriora, ex placabat sententiam. Cum autem agricola in subiecto campo terram colerent ad hanc contemplationem magnus tractus est Eusebius. Cum autem diuinus Ammianus locum legisset Euangelicum, sciscitaretur autem interpretationem, iussit magnus Eusebius, ut repeteret lectionem. Cum is autem dixisset, is qui arant forte delectatus, minimè exaudiisti, ut est verisimile: suis deinceps oculis legem tulit, ut neque campum illum vnquam intuerentur, neque caelesti pulchritudine & chori astrorum aspectu fruerentur: sed angustiissima viens semita, cuius mensuram aiunt fuisse vnus palmi ferente ad oratorium, extra eam deinceps egredi non est passus. Dicunt autem eum plusquam quadraginta annis vixisse post hanc legem. Vt autem cum animi sui sententia ad haec quoque eum traheret aliqua necessitas, cum lumbos zona ferrea alligasset, & grauisimum collare collo imposuisset, aliquo alio ferro contunxit zonam collari, qui erat collo impositus, ut hoc modo inclinatus conaretur assidue in terram de spicere. Has ipse de se exegit penas, quod illos esset contemplatus agricolas. TER TIVM sit eorum, qui in Confessione sacerdoti facta peccata venialia multis cum lacrymis deplorarunt, vt S. E. L. ZEARIVS Comes Ariani in Galliis, S. Maria Oegniacensis in Belgio, & alii apud SVRIVM in eorundem vitis. Vnde B. ISIDORVS in libro de summo bono ita scripsit. Quid peccatores de magnis sceleribus agere debent, quando perfecti lenia quoque delicta quasi grauisissima lugent?

27. Septem.  
23. Junii.

Id. lib. 1. c. 18.

## PERSONARVM ACCEPTIO.

### Remedia aduersus eam.

**I**REMED. Considera, quid Spiritus S. de hoc vitio in diuinis litteris patefecerit. Ac primo quidem declarat, quando acceptione, vel respectu personarum delinquatur, nempe, cum in administranda iustitia, non ad causae merita, sed ad personam, id est, conditionem externam, vt diuitias, potentiam, nobilitatem generis, sexum, &c. respicitur. Sic enim Moyses suos alloquitur. Audite illos (scilicet Principes) & quod iustum est iudicate, siue ciuis sit ille, siue peregrinus. Nulla erit distantia personarum: ita paruam audietis, vt magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. 2. vel improbat, vel prohibet respectum personarum: Vt in Exodo. In iudicio non acquiesces plurimorum sententia, vt à verò denies. Pauperis quoque non misereberis in iudicio. Et in Leuitico, Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Et in Deuteron. Non accipies personam, nec munera. Et in prouerbiis Salomonis. Accipere personam impij non est bonum, vt declines à veritate iudicij. Et. Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit: iste & pro buccella panis deserit veritatem. Et apud B. Ioannem ait Christus ipse. Nolite iudicare

Deut. 1. 16.

Exo. 23. 3.

Leu. 19. 15.

Deu. 16. 19.

Prou. 18. 5.

Prou. 23. 21.

Ioan. 7. 24.

Dad

dic. re

dicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate. 3. declarat peccatum esse graue. Nam apud Malachiam tradit Iudæos ob hoc crimē redditos viles & contemptibiles in mundo. Propter quod, inquit, & ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege. LXX. vertunt. Accipiebatis personas in lege. In quæ verba sic Hieronymus. Inter omnia peccata Leui, siue eorum, qui ex Leui sunt sacerdotum Dei, illud & vltimum & maximum ponitur: quare accipiant faciem in lege, ut non eas, sed personas considerent: iustum quæ pauperem despicientes, in quos diuites suscipiant & honorent. Ad quos in 81. psalmo dicitur Usque quo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? Et mox addit. Plenus quæ Apostolus Iacobus hoc peccatum arguit atque condemnat. nempe in cap. 2. suæ epistolæ, dum ita scribit. Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ. Et rursum post allatum exemplum accipientis personam, qui diuitem præ paupere honorabat. Si, inquit, personas accipitis, peccatum operamini relatiui à lege quasi transgressores.

Mal. 2. 9.

Iac. 2. 1. 6.

Bas. hom. 29.

Tē hom. 12.

Mier. ep. 14.

Mal. 1. 7.

II. REMED. Considera SS. Patrum sententias. BASILIUS exponens dictum Salomonis, iuxta LXX. Qui respexerit plana, misericordiam inueniet. Ne dicas, inquit, ille diues est, & honore dignus, hic pauper, contemno autem pauperem. Noli in distribuendis honoribus respectus habere inæquales. Est enim diues super mendax, rapax, libidinosus, pauper verò iustus. Non igitur faciem tantum spectabis, sed occulta pentitoraque considera. Eum honora qui preciosa possidet. Virtus vera sunt diuitia. B. B. L. externè quidem aë habuit, lutum verò sub aëre fulgente absconditum. Et iterum Quemadmodum qui sagittam tendens ad metam dirigit, nec vltra, nec citra, nec vtrouique errando à via proposita excidet: ita rectus iudex factitabit, nec in iudicando personam accipiet. Noscat enim quod minime ad rem faciet. Neque item pronuntiatione, aut contentione aget, sed rectum ac minime obliquum proferi iudicium. Et si inuenerint incidenda, alterum quidem plus æquo habens, alterum verò minus diligenter erit iudicis partes adæquare, tantumque ab eo qui plus habet demet, quantum illi, cui iniuria fit, deesse videbit. Qui autem pecunia corruptus, aut propter amicitiam placere studens seu odio compulsus vel etiam potentia perterritus fuerit, nequaquam recte iuste cognoscere poterit. S. Hieronymus ad Celantiam, de institutione matrisfamilias Nulli te vnquam de generis nobilitate proponas, ne que obscurus quæque & humiliore loco natus, te inferiores putes. Ne scit religio nostra personas accipere, nec conditiones hominum sed animos inspicit singulorum: seruum & nobilem de meritis pronuntiat. Sola apud Deum libertas est, non seruire peccatis. Summa apud Deum est nobilitas, clarum esse virtutibus. Et exponens verba Malachiæ. Offeris super altare meum panem pollutum. Doctor, inquit, Ecclesiæ, qui spirituales conficit panem & cum populis diuidit, se vel propter humanam gloriam, vel lucra seculi, quæ gloriam consequuntur loquatur in populis, & diuitibus blandiatur, & honoret peccatores, & iuxta Iacobum suscipiat eos qui cum anulis aurcis ad se veniunt, & pauperes

Jan. 11.

sanctos repellat, nomen Dei despiciat, & panem polluat doctrinarum, & in ipsum Deum  
iacit contumelias. S. AMBROSIVS libro de officiis. Cum in omnibus iniu-  
stia cito offendat, tum maxime in Ecclesia, ubi aequitatem esse oportet, ubi aequalita-  
tem haberi deest, ut nihil tibi potentior plus vendicat, nihil vsurpet ditior. Siue enim  
pauper siue dives, in Christo unum sumus: nihil sanctior plus sibi arroget: ipsum enim  
par est esse humiliorem. Sed nec personam alterius accipiamus in iudicio: gratia absit, cau-  
sam merita decernant. Nihil sic opinionem, imò fidem grauat, quam si in iudicando po-  
tentiori dones causam inferioris, vel pauperem innocentem arguas, diuitem excuses  
reum culpæ. Pronum quippe est genus hominum favore honoratioribus, ne laesos se pu-  
tent ne victi doleant. S. AVGVSTINVS ad Hieronym. Nec sane, quantum

arbitror putandum est leue peccatum in personarum acceptione habere fidem Domini  
nostræ IESV Christi, si illam distantiam se lenti ac stanti ad honores Ecclesiasticos re-  
feramus. Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris Ecclesiæ contempto paupe-  
rem struictiore atque sanctiore? Si autem de quotidianis confessibus loquitur, quis  
non his peccat, si tamen peccat, nisi eum apud seipsum intus ita iudicat, ut ei tanto me-  
lior, quanto ditior illo esse videatur? Hoc enim videtur significasse cum dicit. Non-  
ne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices iniquarum cogitationum? B. I. S. I.

DORVS de summo bono. Non est persona in iudicio consideranda, sed causa.  
Sic enim scriptum est. Non accipias personam in iudicio: Et iterum. Non misereberis  
pauperis in iudicio. Qui enim consanguinitatis, vel amicitia favore, sine inimicitiarum  
odio iudicium peruertunt, sine dubio in Christum, qui est veritas & iustitia, peccare no-  
scentur. Iniqui iudices errant in veritate sententia, dum intendunt in qualitatem per-  
sonæ, & exulcerant sepe iustos, dum improbe defendunt iniquos. S. BERNARDVS

de Consideratione agens de idoneis hominibus ad Curiam admittendis  
ab EVGENIO Papa. In talibus, inquit, respiciet Spiritus tuus, qui non sunt  
attrite frontis, sed verecundi, sed timorati, qui præter Dominum timeant nihil, nihil  
sperent nisi à Deo: qui aduentantium non manus attendant, sed necessitates. Qui stent  
vilitate pro afflictis, & iudicent in aequitate pro mansuetis terra, &c. qui missi post  
aurum non eant, sed Christum sequantur; qui quaesum legationem non asument, nec  
requirant datum, sed fructum: qui diuites non palpent, sed terreat, pauperes non gra-  
uent, sed foveat: minas Principum uou pauca, sed contemnant.

III. REMED. Considera & explora virium tuarum facultatem, spe-  
refne te posse tueri iustitiam, contra potentes, diuites, consanguineos. Pro-  
num enim est genus hominum, ut supra notauit Ambrosius, fauere honoratioribus  
Sinon speres, refuge Iudicis secularis vel Ecclesiastici munus, secundum  
consilium Sapientis, Noli querere fieri iudex, nisi valeas viriute irrumpere ini-  
quitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in aequitate tua. & B.  
Ambrosii. Sed primum, inquiens, si offensam vereri, non recipias iudicium: si sar-  
cerdos, aut si quispiam alius, non laceffas. Licet tibi: si lere in negotio ducaxat pecu-  
niario, quanguam sit constantia, adesset aequitati. In causa autem DEI, ubi commu-  
D d d 2 nionis

mAb.c.24.

Aug.ep.27.

Iac.22.

Iac.2.4.

Ibid.1.3.35.

Deu.16.19.

Exo.23.3.

Bern.lib.4.

Amb.2.offic.

Eccli.7.6.

Aug.1.cis.

Bas. in c. 6. Iſa.

Eccli. 7.

Deut. 1. 26.

2. Par. 19. 6.

Aug. p. 86. in  
Exod.Exo. 22. 28.  
Exo. 7.  
Pſal. 81. 11.

Deut. 10. 17.

Sap. 6. 8.

Eccli. 35. 16.

Rom. 2. 11.

Gal. 2. 6.

Eph. 6. 9.

Col. 3. 26.

Act. 10. 34.

1. Pet. 1. 17.

Iob. 34. 19.

Sap. 6. 8.

nionis periculum est, etiam dissimulare peccatum est non leue. Hoc consilium fecit Moyses, qui cum à Deo mitteretur ad iudicandum populum Israheliticum, imbecillitatis suæ conscius, se excusauit. *Moses ille,* inquit S. Basilius, *uir Dei magnus, qui cum omnibus in rebus obedientem sese præberet Domino tamen quando ad populum Israheliticum mitteretur, inquit. Obsecro Domine, alium quem mittas pares. At ex eo ipso, quod excusatione & confessione imbecillitatis suæ, quasi cum quadam contentione Deo resisteret, Deus eum dignum esse iudicatis, qui populo præfesset suo. Quamobrem præclare se habet præceptum illud. Ne quæras esse iudex ne aliquo modo non valeas tollere iniustitiam. Idem consilium secuti sunt sancti omnes, quotquot ad Episcopatum, aliasque Prælaturas vocati, vt S. Chrysostomus, S. Ambrosius, S. Augustinus, S. Gregorius & alii, sese in lateribus abdiderunt, aut omnino eas respuerunt.*

IV. R E M E D. Considera, si dignitatem vel magistratum huiusmodi, in quo sit periculum crebrius in acceptione personarum delinquendis iam susceperis, vices te tenere Domini Dei; Vox siquidem Moysis est. *Non accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est.* Et regis Iosaphat ad iudices in Urbibus constitutos. *Videte, quid faciatis: non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini, & quoscunque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite.* Quamobrem Iudices in iisdem diuinis scripturis non semel Dii appellantur vt obseruarunt SS. Patres. vt in Exodo, cum dicitur. *Dius non detrahes, & Principi populi tui non maledices.* quo sensu inquit Augustinus, ibidem Moyses constitutus dicitur *DEVS Pharaonis.* Et in Psalmo. *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem Deos di. iudicat.* Nam mox sequitur. *Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis?* Iam autem constat Deo in utroque testamento crebro attribui, quod non sit acceptor personarum, vt in Deuteronomio, Sapientia, Ecclesiastico, Beato Paulo & Petro Apostolo, Quam causam rex Iosaphat in suo ad Iudices sermone expressit, nam cum dixisset ideo eos abhorrere debere ab acceptione personarum, quod Dei iudicium excernerent, ilico subiunxit. *Non est enim apud Dominum Deus nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.* Sed nec subiecit Spiritus sanctus cur in Deum non cadat acceptio personarum. *Qui non accipit personas* Principum, ait Iob, *nec cognouit tyrannum, cum disceptaret contra pauperem: Opus enim manuum eius sunt vniuersi, & Sapiens. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus.*

V. R E M E D. Considera omnibus iudicibus, Principibus, & superioribus supremum constitutum esse Iudicem Deum qui exactam sententiam & omnium rerum in iudiciis ferendi sgestarum rationem sit initura. Nam vt ante dixit Pſaltes regius, *DEVS, qui stetit in synagoga Deorum, in*

n. e. 110

medio DEOS diiudicat. hoc est, maior iudex minores qui de hominibus iudican-  
di potestatem habent. vt exponit lib. 13. in Ezechielem B. Hieronymus. vt H. in c. 44. Eze-  
sensus sit. Quamuis huius mundi iudices, sint quasi Dii quidam; supre-  
mus tamen eorum Iudex Deus sedulo attendit, quemadmodum mune-  
re sibi commissio perfungitur. Hoc monitum vel Remedium ipsa  
Sapientia diuina tradidit, cum agit de cauenda in iudiciis personarum ac-  
ceptione his verbis, sane pertimescendis. *AVDITE reges & intelligite, disci-  
te iudices finium terra. Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vo-  
bis in turbis nationum, quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissi-  
mo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur, quoniam cum essetis mi-  
nistri regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitia, neque secundum vo-  
luntatem DEI ambulastis. Horrende & cito apparebit vobis, quoniam iudicium du-  
rissimum his qui præ sunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem  
potenter tormenta patientur. Quis non horreat ad hoc iudicium, in quo non  
solum opera sed etiam cogitationes ad severissimum examen vocabun-  
tur? Certè sic horruit rex Dauid, vt alicubi dixerit. Non intres in iudicium  
cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.*

VI. REMED. est S. BASILII, in principio Prouerbiorum, dum Iudi-  
cem deterret à respectu personarum, ita scribentis. *Huic iudici psalmus ait.  
Itaq; si verè iustitiam loqui mini, rectè iudicate fili hominum. Argumentum nam que  
iusti, affectus est in iudicando rectitudo. Quod idem in orationis processu innuere vide-  
tur, dicens. Pondus magnum & paruum, abominatio apud Deum sunt vtraque, non  
æquum circa iudicium ponderum id appellati me prouerbii modo figurans. Et infra.  
Quomodo igitur ex Salomonis sententia, cogitationes iustorum iudicata sunt viro sapien-  
ti, omnino satagendum erit intra cordis arcana tribunal constituere, rectaque fi- cere iu-  
dicia mentemque velut in trutinâ suspendere ad ea qua conueniunt. Et quando singula  
Dii mandata contra aduersantem sibi malitiam coram te iudicium experiuntur, da  
legi diuina contra vitium victoriam. Iniquum & æquum apud te iudicantur. Re-  
spondendo contra concupiscentiam alienorum bonorum. Da vt vincat virtus. Contumelia  
& patientia inuicem pugnant? vitupera contumeliam, laude patientiam. Odium item  
& caritas? alterum procul reuice, alterum verò, id est, caritatem, propriam, familia-  
remque tibi redde. Si mulatio & simplicitas, fortitudo & timiditas, iustitia & iniusti-  
tia, temperantia & intemperantia iudicantur. Tunc denique in tua mentis recessu iu-  
dicio:um rectitudinem ostende, & veluti in tribunali tibi ipsi assidere mandatum Dei  
faciens, monstra te vitiam abhorreere ac omnino ab eo esse auersum, virtuti verò fa-  
uentem. Si enim in rebus omnibus quas agis, apud te meliora vincere permittas, bea-  
tus in die illa fueris, quando DEVS occulta hominum iudicabit, vt testatur Euange-  
lium cogitationibus corda simul hominum accusantibus & defendentibus. Hucusque  
Basilii.*

VII. REMED. Considera exempla vtriusque testamenti. E veteri ha-

Ddd 3 b.s

3. Reg. 18. 17.

4. Reg. 3. 13.

Mar. 6. 17.

Luc. 3. 19.

Ma. 11. 3.

Hier. l. 4. com.

Matth. 23.

Matth. 22.

Gal. 3. 27.

Col. 2. 21.

bes Prophetas, qui nulla habita ratione personarum, quam tumuis potestium peccata redarguerunt, veritatem defenderunt, disciplinam conseruauerunt. Impius rex Achab, cum diceret ad prophetam Eliam. *Tunc es ille, qui conturbas Israel?* respondit Elias. *Non ego turbasti Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquisti mandatum Domini.* Elifæus, cum staret coram Ioram rege Israel idololatra, & coram Iosaphat rege Iuda Deū colente, ut pro illis Dominum cofuleret, illum constanter redarguit, hunc autem reueritus est. Ad Ioram enim dixit. *Quid mihi, & tibi est? Vade ad Prophetam patris tui (Achab) & matris tue (Iezabel).* Et rursum *Viuit Dominus Deus Israel, cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat regis Iuda erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem.* Haud secus ceteri Prophetæ, Isaias, Ieremias, Nathan, alii non respexerunt Regum suorum, legē Dei præuaricantium, ut Manassis, Sedechiæ, Dauid, personas, quo minus & peccata eorum arguerent, & Dei patefacerent comminationes. Ex nouo testamento verò primum habemus exemplum præcursoris Christi IOANNIS Baptiste, qui Herodis personam non respexit, quo minus eiliberè diceret. *Non licet habere uxorem fratris tui.* Deinde Christi Saluatoris, de quo iam olim variatim natus erat Propheta Isaias, dicens. *Non secundum visionem oculorum iudicabit, neq; secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet aiquitate pro mansuetis terra.* Nullius siquidem personam accepit in iudicio, (inquiunt B. Hieronymus & Cyrillus eundem locum exponentes), sed scribis etiam ac Pharisæis & Iudæorum Principibus, dixit. *Vae vobis Hypocritæ.* Et. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus.* Nec secundum auditum aurium, vel sermonem corripuit. Illis enim, dicentibus. *Magister scimus quia veraces, & viam Dei in veritate doces, & non ad te peruenit aliquo: neq; enim vides in faciem hominum: sciens malitiam eorum respondebat.* *Quid me tentatis hypocritæ?* Hæc illi. Præterea B. Apostolus Paulus sic de Christo loquitur. *Omnes filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo IESU. Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber: non est masculus, neque femina. Omnes enim vos unum estis, in Christo IESU.* Et rursum. *Vbi non est Gentilis & Iudæus, circuncisus & præputium, Barbarus, & Scythæ, seruus & liber. Sed omnes & in omnibus Christus.* DENIQ; in historia Ecclesiastica innumera habemus exempla, tum Martyrum, tum Sanctissimorum Episcoporum Confessorum Anastasii, Hilarii, Ambrosii, Basili, Chrysostomi, Thomæ Cantuariensis, Stanislai, qui etiam potentissimorum Regum vel Imperatorum vultus vel personas non respexerunt, quo minus honorem diuinum, fidei veritatem, & immunitatem Ecclesiasticam constanter usque ad mortem defenderent.

VIII. REMED. Considera exempla Ethnicorum, qui etiam à politica iustitiæ recta administratione *πεσοπολυψίαν* taquam pestem remeuerunt

uerunt. Nam Dione Casio teste, Traianus Imperator, cum Tribunū militum renunciaffet strictum ensem in manus eius porrigens dixit. *Cape ferrum hoc, & si quidem recte imperium gesserō, pro me; sin aliter contra me hoc utere.* Et cum mulier quædam aliquando eum rogasset vt se audiret, & ille respondisset. Otium tibi non esse. illa clamans ait. Noli ergo imperare. Quo auditō, continuò causæ eius aures dedit. **THEMISTOCLES**, auctore Plutarcho. cum ab eo Simonides Poeta propter æquum quiddā postulasset, *Neq. tu, inquit, bonus poeta esses. si modos & numeros in canendo contemneres: neq. ipse bonus prator si gratiam cuiusq. legibus præferrem.* **PAPINIANVS**, teste Spartiano, iussus à Caracalla Imp. occisi fratris Getæ facinus in Senatu, & apud populum diluere, recusauit, dicens. *Non tam facile parricidū excusari posse, quam feri.* In his exemplis, nec Traianus, illicet Imperator, æquitati personam suam præponderare voluit, nec Themistocles etfi Athenis potētissimus: nec Papinianus etfi Iureconsultus disertissimus, personam aut magni Poetæ aut Imperatoris contra iustitiam respexerunt. **VERVM** neque defuerunt, qui in hoc genere & consanguineorum, fratrum atque filiorum salutem æquitati posthabuerunt. Nam vt habet Plutarchus, **PHOTIION** Atheniensium Princeps ne genere quidem Charillo repetundarum dicto causam adesse sustinuit, inquitens. Equidem mihi generum te hominem iustum & probum optaui. Quo dicto deserto genere inde se proripuit. Eodem autore **EPAMINONDA**s Thebanorum Dux filium corona primum imposita securi feriri iussit, quod Præceptorum patrum eorum immemor cum hoste conflisset, eumque vicisset. Idem habes in Valerio Maximo de Bruto & Torquato, qui ad sartam tectam tenendam iustitiam liberis quoque non pepercerunt. Et de Seleuco Lorensium Rege, qui cum legem tulisset de adultero utroque oculo orbando, filiusque in adultero deprehensus esset, se vno, filium altero oculo priuauit, ne ob acceptationem personæ lex ab ipso lata violaretur.

Dion in Traian. no.

Pl. in Themist.

Sp. in Caracalla.

Plut. in polit.

Id. in Paral.

Val. lib. 5. c. 8. &amp; lib. 6. c. 3.

Aug. in c. 7. Ioan.

**IX. REMED.** est **S. AVGVSTINI** in Tractatu 30. in Ioannem. Exponens enim verba Christi. *Nolite iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicate.* Hoc vitium, inquit, fratres, quod Dominus notauit hoc loco, euadere in hoc seculo magni laboris est, non personaliter iudicare, sed recte retinere. Admonuit quidem Dominus Iudæos, sed monuit & nos: illos conuicit, & nos instruxit; redarguit, nos exacuit. Et infra. *Quis est qui non iudicat personaliter? Qui diligit æqualiter. Dilectio æqualis facit non acceptari personas: nam cum homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus tunc timendum est, ne personas accipiamus.* Quod remedium æqualis dilectionis omnium Et hoc obseruatu facilius est quo magis est contentum præcepto Dei mandantis, vt diligamus proximum sicut nos ipsos & nolo mandato Christi relicto discipulis, vt diligerent inuicem, sicut

Matth. 22. 39. Ioan. 13. 34.

COS

Aug. con. 1.

Exo. 23. 3.

Deut. 10.

Psal. 81. 3.

Eccli. 4. 10. 3.

eos ipse dilexisset. Ex hac doctrina non obscure efficitur, non posse in dicem, dum causa diuitis iustior est, quam pauperis, etiam ex misericordia potius patrocinari pauperi, quam diuiti, quia peccaret non modo contra iustitiam secundum merita causa iudicantem, sed etiam contra caritatem æqualiter omnes diligentem, vt eruditè idem annotauit Augustinus scribens in Psalmum 32. Aliquando, inquit, audis causam inter duos, quorum duorum vnus est diues, & alius pauper, & contingit, vt pauper habeat causam malam, diues autem, bonam. Iam si tu non es eruditus in regno Dei, videris tibi benefactus, si quasi pauperem miseratus abscondas, & contegas iniquitatem illius, & voles eum iustificare vt quasi bonam causam habere videatur. Et si reprehensus fueris, quod iudicasti, respondes. Non, & ego scio, sed pauper erat, misericordia ei debebatur. At tibi Deus. Ne accipias personam pauperis in iudicio. Illud est, vbi fallitur (homo) vultu qui vult placere Deo, si personam pauperis in iudicio accipiat, & dicat, faui pauperem. Imò si teneres vtrumq; & misericordiam & iudicium, placeres Deo. Primo, qualem misericordiam fecisti in eum, cuius iniquitati fauisti? Ecce sacello pepercisti, & cor percussisti: pauper iste iniquus remansit, & tanto iniquior, quanto te quasi hominem iustum fauere vidit iniquitati sua. Qualem misericordiam præbuisi ei, quem iustum fecisti? Ecce crudelior inueniris, quam misericordior. Quid ergo, inquis, facerem? Iudicares primò secundum causam, argueres pauperem, steteres diuitem. Alius est iudicandi, alius petendi locus. Quando te ille diues videret tenuisse iustitiam, non erexisset tibi pauperis ceruicem, nonne steteretur ille potens ad misericordiam peccanti, qui iustus erat te iudicante?

X. REMED. Quando causa, quæ inter diuitem & pauperem agitur anceps & dubia est, laudabilius est in pauperis partes potius, quam diuitis inclinare, quod Spiritus sanctus in diuinis scripturis non subicit, nam cum in Deuteromio dixisset. Deus magnus & potens, & terribilis, qui personam non accipit, nec munera; mox subiungit. Faci iudicium pupillo & viduo, amat peregrinum, & dat ei victum atque vestitum: & vos ergo amate peregrinum, quia ipsi fuistis aduenæ in terra Egypti. Et cum in psalmis dixisset. Vique non indicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? addit. Iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem iustificare. Eripite pauperem. & egenum de manu peccatoris liberate. Vnde & Ecclesiasticus. In iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum: & eris tu velut filius altissimi obediens, & misericors vt mater magis quam mater. Rationi quoque id valde consentaneum est. Primo quia pauper diuite inferior est, ac proinde & misericordia atque subsidio dignior. 2. quia ex parte iudicis laudabilius est potius in animi moderatorem, quam in seueritatem, ad commiserationem magis quam in summam iuris acerbiter propendere. 3. quia natura procliuior est homo in diuitem & potentem, à quo aliquid commodi expectat, quam in egentem qui beneficii compensandi facultatem non habet, vt sapienter animaduertit



uerit B. Ambrosius, dum ita ratiocinatur. *Quid autem tibi prodest fauere diu-  
ti, nempe in iudicando? An qui a citius amantem remuneret? His enim fauimus  
frequentius, à quibus referendæ vicem speramus gratiæ. Sed eo magis infirmo & inopi  
nos studere conuenit, quia pro eo qui non habet, remunerationem speramus à Domino  
IESV: qui sub specie conuiniij generalem virtutis edidit formam, vt his potius nostra  
conferamus beneficia, qui nobis ea non possunt representare.* At q. hac de causa  
DEVS toties exoptulat cum Iudæis, quod tam exiguam curam gerant  
pauperum, aduenarum, & pupillorum, quia communiter à diuitibus  
opprimebantur, vt apud Ieremiam, dum ita quæritur. *Causam viduæ non iu-  
dicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudiciu[m] pauperum non iudicauerunt.*  
Ob eandem & Ethnici Principes sanxerunt quando subdito lis est cum  
Principe, subdito potius fauendum quàm Principi. Vnde Iulius Capito-  
linus scribit. M. Antoninum, Philosophum dictum, in causis compendii  
& quæstus nunquam fauisse fisco, vt bene annotauit doctissimus Couar-  
ruuias Sebogiensis Episcopus. Plinius verò laudauit Imp. Traianum, quod  
eo imperante fas esset contra fiscum iudicare. *Quæ, inquit, præcipua gloria  
tua est, sapius vincitur fisco: cuius mala causa nunquam est, nisi sub bono Principe.*  
Hinc Modestinus Iureconsultus ait. *Non puto delinquere eum, q. in dubiis que-  
stionibus contra fiscum facile iudicauerit.* Qua autem de causa laudabilius est in  
incipiti controuersia egenti potius fauere, quàm potenti, subdito quàm  
Principi, eadem laudabilius est in iudicio ferendo fauere potius iis qui  
infirmirate nature ex impetu potius & inuoluntariè, quàm ex malitia de-  
liquerunt. Deinde iis qui occasiones labendi graues habuerunt, quam  
qui maleficiis anfas quæsiuerunt: ac etiam iis qui cæteroquin pacis &  
quietis amantes sunt, quàm factiosis, qui Respub. facile conturbant.

XI. REMED. est detestatio Auaritiæ, & corruptelæ munerum. Vnde  
Dominus DEVS Moyfen his verbis monuit. *Prout de de omni plebe viros po-  
tentes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiã, & constitue-  
re eos tribunos, &c. qui iudicent populum omni tempore.* Deinde acceptionem  
personarum sæpè cum acceptione munerum coniunxit, eo quod acce-  
ptio personarum fere fiat ob auaritiã & munera. Vt in Deuteronomio.  
*Non accipies personam, nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mu-  
tant verba iustorum.* Et apud Salomonem. *Qui cognoscit in iudicio faciem, non be-  
ne facit: ille & pro buccella panis deserit veritatem.* Et in Isaiã, cum Deus dixit.  
*Principes tui infidèles. sicut furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributio-  
nes, mox addit. Pupilli non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos.* Imò  
vtraque acceptio coniuncta est, cum mentio fit de Deo. Vt cum in Deu  
teronomio Moyfes ait. *Deus magnus, & potens, & terribilis, qui personam non ac-  
cipit, nec munera.* E. rex Iosaphat. *Non est apud Dominum nostrum iniquitas, nec  
personarum acceptio, nec cupido munerum.* Hoc antidotum insinauit B. A. M.

Amb. 2. offic.  
15.

Luc. 14.

Ier. 5. 28.

Con. lib. 1. var.  
resol. c. 16.  
Plin. in Paneg. 5.L. non puto ff.  
de iure fisci.

Exod. 18. 21.

Deut. 16. 19.

Prou. 28. 21.  
Isa. 1. 23.

Deut. 10. 17.

2. Pet. 19. 6.

Amb. 2. offic.  
c. 26.

Num. 21. 7.

Ib. c. 29.

**PROSIVS**, nam cum multa in libris officiorum contra acceptionem pecuniarum & munerum disputasset, tandem subiicit. *Ceterum ita incubuerunt mores hominum ad admirationem diuitiarum, ut nemo nisi diues honore dignus putatur. Neque hic recens usus, sed iam dudum, quod peius est inleuit hoc vitium humanis mentibus, &c. Vetus est antiqua auaritia, quae cum iussu divinae legis capit oraculum, non propter ipsam reprimendam lex Dei lata est. Propter auaritiam Balac putauit Baalam praemii posse tentari, ut malediceret populum Patrum: & viciisset auaritia, nisi Dominus à maledicto eum abstinere veruisset. Et in f. a. Feralis auaritia illecebrosa pecunia, quae habentes contaminat, non habentes non iuuat. Esto tamen ut aliquando abstinuerit pecunia inferiorem tamen, & ipsum desiderantem. Quid ad eum, qui non desiderat? qui non requirit, qui auxilio eius non indiget, studio non flectitur? Ad summam, non in us quod pecunia contemptus iustitiae forma sit, & ideo auaritiam declinare debemus, & omni studio intendere, ne quid faciamus vnquam aduersus iustitiam.*

V I D E V. Auaritia. Munerum corruptela.

## PIGRITIA.

*Remedia contra Pigrityam corporalem & spiritualement.*

Prou. 6. 9.

Prou. 13. 4.

Prou. 26. 13.

Prou. 19. 24.

Eccli. 22. 2.

Prou. 10. 5.

Prou. 6. 6.

Prou. 20. 4.

Prou. 24. 30.

Iac. 4. 37.

Pru. 21. 25.

Ier. 48. 39.

**I. REMED.** Considera quid Spiritus sanctus in pigros & ignauos dixerit. Primò enim describit eorum mores in prouerbis Salomonis. *Vsq; quo, inquit, piger dormies, quando surges è somno tuo? Et. Vult è non vult piger, anima autem operantium impinguabitur. Et. sicut ostium vertitur in cardine suo, sic piger in lectulo suo. Et. Abscondit piger manum sub ascella, nec ad os suum applicat eam. 2. docet hominibus eos esse exosos. Sicut acetum dentibus, ait Salomon, & fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum in via. Deinde haberi vitales & ignominia dignos. nam Ecclesiasticus ait. De stercore bium lapidatus est piger & omnis qui tetigerit eum manum excutiet. Et Salomon. Qui congregat in messe, filius sapiens est; qui autem sterit à state, filius confusionis. Et. Vade ad formicam piger, & considera vias eius, & discite sapientiam, quae cum non habeat ducem, nec praecceptorem, nec princeps parat in astate cibum sibi & congregat in messe quod comedat. Sed haec esse egenos & medicos. Propter si gus, ait idem, piger arare noluit, mendicabit ergo à gestate & non dabitur ei. Et. Omnis piger semper in egestate est. Praeterea esse pluribus vitis obnoxios. per agrum hominis pigri transiit, & ecce totum replentur viticis. Scienti bonum facere, ait B. Iacocus, & non facienti, peccatum est illi. Denique esse maledictos, & morte temporali & aeterna dignos. Desiderio inquit Sapiens, occidunt pigrum. Maledictus ait I. remias, qui opus Dei facit negligenter.*

Omnia

*Omnis arbor, inquit Christus, quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Et Inutilem seruum eicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium. Et Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum.*

II. R E M E D. Considera quid SS. Patres. B. E P H R A M in secundum Domini aduentum. *Ne scimus hic negligentes carissimi mei, ut non per infinita secula postmodum penitentiam agere cogamur, ubi nihil proderunt lachrymæ ac gemitus, ubi non erit amplius vlla penitentia. In studiis atque laboribus vestris, gaudent & exultant angeli atq; archangeli: sicut contra in torpore ac negligentia vestra gaudet inimicus.* G R E G. Nazianz. oratione de pace. *Hanc à nobis in hac virtute adhibendam efferationem censeo, ut nec segriores simus, quam modus postulet, nec rursus acriores & ardentiores, ut nec ob lenitatem te merè nos quibuslibet aggregemus, nec ob petulantiam ab omnibus desistamus. Ut enim iners est supina segrities, ita leuitas agrestis & à societate abhorrens.* A M B R O S I V S in epistola ad Irenæum, agens de Lia & Rachel à Laban dimissis cum Iacob. *Ecce, inquit, primum, quia ignauus & inuidus laboriosam & disciplinam tenacem alienat à se ac defugit, se seque cupit separare, quoniam eas oneri esse cernit sibi & putat se lucrum fecisse, quod alienante eas, &c. Nunc audiamus, quomodo quæ habet virtus, non habeat ignauia. Aiunt enim. Omnes diuitiæ & gloria, quam tulit D E V S patri nostro nobis erit, & filiis nostris. Merito Dei arbitrio dicunt esse sublata quia ipse est auctor bonorum, cuius gratia ignaui exuuntur.* I O. C H R Y. sermone de virtutibus & vitiis. *Satis est mali, hoc ipsum nihil fecisse boni. Sit nobis agricola quidam, nihil porro peculii nostri dissipet, neq; dolis furto surripiat, tantum ille manus compressas tenens domi sedeat, semina non spargat, rura non scindat, vites non colat, & quod præterea ad agriculturam pertineat, nihil profusus efficiat, nome ab eo supplicium sumemus? & tamen nihil intulit iniuriæ, nec habemus omnino, quod illum accusare possimus. Et tractans dictum Apóstoli, oportet hereses esse, ita scribit. Quid est, dic sodes, diabolo petus? & tamen licet omnes machinas in Iob conuerteret omnemque pharetram in corpus iusti exinaniret, ipsum non solum non subuerit, sed & clariorem fecit. Iude autem, quia negligens erat ac desis, neque Christi consuetudo profuit. Nam post tot consilia, post que plurimus illas ammonitiones mansit, qualis erat, proditor. Causa autem est, quia Deus non adigit vine que cogit inuitas. Ita nec nobis, si modo prudentes simus, nocere poterit diabolus: ac si non fuerimus prudentes, sed ignaui, etiam illa quæ prodesse possent, non prodeunt, summanque interim faciemus iacturam. Tantum malum est ignauia, Quæ circa & iudeis præsertim a Christi non solum non profuit, sed & nocuit, non ob Christum, sed ob suam ipsorum malitiam & stuporem. Sanctus B E R N A R D V S in Cantica, *Viro sapienti sua vita vinea est, sua mens, sua conscientia: nil quippe incultum desertum in se sapiens delinquet. Scultus non ita, cuncta apud eum neglecta inuenies, cuncta inacerta, cuncta inculta & sordida. Vbi vitis virtutis? ubi botrus boni operis? ubi vinum lætitiæ spiritualis? Per agrum hominis pigri transtul, inquit, & per vineam viri stulti, & ecce totum repluerant viticæ, & opperuerunt.**

Matth. 3. 10.  
Matth. 22. 13.  
Ioan. 15. 2.

Ephr. com. r.

Norat. j.

Amb. lib. 1. ep. 43  
Gen. 31.

Chry.

Bern. serm. 63.

Prov. 2. 4. 30.

superficiem eius spissa, & materia lapidum destructa erat. Audis sapientem irridere stultum quod bona natura, & dona gratie, que forte per lacrum regenerationis acceperat, tanquam illam quam plantavit Deus & non homo primam suam vineam non vineam negligendo redegit.

Bern. ferm. 22.

Psal. 118. 32.

Rom. 7. 24.  
Psal. 141. 3.  
Cant. 1. 3.  
Sap. 9. 15.

III. REMED. Oratio; quod remedium prescribit B. BERN. hominibus spiritualibus, quando sentiunt se obtorpuisse in diuino seruitio. Cum te corpore, inquit in Cantica, auertit a deo affici sentis, noli propterea diffidere, aut desistere a studio spirituali, sed iuuante require manum, trahi te obsecrans sponse exemplo, donec denuo suscitante gratia factus promptior, alacriorq; curras, & dicas. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Causam vero, cur nunquam eiusmodi torpor etiam perfectis obrepit commemorat hanc. Quoniam quantumuis perfectionis anima, quamdiu quidem gemit sub corpore mortis huius, & huius seculi nequam retinetur inclusa carcere, vincula necessitacibus, tristitibus, lentius, segniusq; asurgat necesse est ad contemplanda sublimia, nec omnia desideriorum habet se qui sponsum quocumque terit. Hinc lachrymosa vox illa gementis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hinc supplex illa precatio. Eue de carcere animam meam. Dicat proinde, dicat cum gemitu etiam sponsa. Trahi me possit te, quia corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & deprimi terrena habitatio sensum multo cogitantem.

Ephr. paræn. 23.  
tom. 2.

Id. tom. 2.

Cass. lib. 10. c. 25.

IV. REMED. Obrepenitio torpori vel somnolentiæ, post imploratum diuinum auxilium ilico resiste. Est B. EPHRÆM, quod in parænesi quadam dedit Nouitiis laborem fugientibus. Mane, inquit, surgit frater orationem facturum in cella sua. Deinde arrepto opere dæmon honestatis inimicus inferi cogitationem accidia. & si obueniente accidia resisteret frater, operando & se exercendo, tunc accidia spiritum diuinæ gratiæ auxilio repelleret. Exemplum autem victoriæ contra dæmonem in hoc genere narrat in Doctrina varia de humilitate comparanda. Frater, inquit, cuidam suggererat cogitationes tempore vigilia dicentes. Requiesce hodie, & noli ad vigilias surgere. At ille. Cogita te heri non surrexisse, & hodie tibi surgendum esse, Et de opere aggrediendo rursus, ei suggererant. Quiesce hodie, & cras operaberis. Illeq; iterum respondit. Nequaquam. sed hodie operare, & de crastino Domino cura erit. Simile exemplum de se refert Cassianus in institutionibus monasticis his verbis. Cum incipiens in eremo commorari Abbatem Moysi omnium Sanctorum summo dixissem, me aegritudine accidia hesterni die grauissimi fuisse confectum, nec ab ea potuisse alias liberari, nisi ad abbatem Paulum prolinus cucurrissem. Ille, non te, ait ab ea liberasti, sed magis ei te deditum & subditum præbuisi. Grauius enim te, ut desertorem ac fugituum deinceps aduersarius impugnat, quem de conspectu superatum prolinus aufugisse conspexit, nisi de cetero commissa congressione non desertione cellæ vel somni torpore ingruentes a stus eius ad horam evaporare malueris, sed tolerantia potius & conspectu dulciter triumphare. Unde experimento probatum est, a cella impugnationem non declinando fugiendam, sed resistendo superandam.

V. R. E.

**V. REMED.** Considera quanta remuneratio parata sit in cœlo strenuè laborantibus in vinea Domini. Est S. BASILII in Regulis breuioribus. Posita enim interrogatione. Quomodo piger ad mandatū excitari possit, ut nauis sit? respondet his verbis. *NEMPE si ei persuasum sit, ubique Dominum Deum adesse, & omnia cernere, & comminationem illam veram esse, qua factus est reus versus pigrum & similiter contra spem magnæ mercedis futuræ ab illo, qui est Paulinus pollicentis est accepturum vinum quemq; propriam mercedem secundum laborem suum, & quæcumque in hanc sententiam scripta sunt ad studium vniuersitatis illius patientiam excitandam ad gloriam Dei. Hoc antidotum non dubium est, quin sit valde efficax. Si enim huius sæculi homines, pro exiguis mercedibus & equalibus ingentes sæpè labores subeunt, eoq; maiores, quo maior quæstus vel remuneracionis spes affulget, quanto magis nos parati esse debemus ad laborem aliquem sustinendum pro regno Dei, & felicitate æterna. Quæ remuneratio tanta est, ut nihil sint omnes nostri labores, si cum illa conferantur. Vnde Apostolus. *Non sunt conlignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Et apud B. ATHANASIVM sanctus Antonius. *Nec vniuerso orbi renunciantes dignum aliquid habitaculis possimus compensare cœlestibus.* EUSEBIVS Emisenus ad monachos. *Totis licet animi & corporis laboribus desulemus, totis licet obedientiæ viribus exercetamur, nihil tamen condignum merito pro cœlestibus bonis compensare & offerre valēbimus.* AVG. *Quanto labore digna est requies quæ non habet finem? Si verum vis comparare, & verū iudicare, æterna requies æterno labore restè emitur.* FVLGENTIVS ad Monimum *Tantum ibi (in cœlo) gratiæ diuinæ retributionis exuberat, ut incomparabiliter atq; ineffabiliter omne meritum, quantumuis bonæ & ex Deo datæ humanæ voluntatis atque operationis excedat.**

**VIR REMED.** Considera torporem & ignauiam vniuersæ naturæ, ac imprimis humanæ esse contrariam. *Homo, inquit B. Iob. nescit, ut ad laborem, & avis ad volatum. Nihil sine magno inquit HIER ad Paulinum, labore, vita dedit mortalibus.* Iupiter apud Ethnicos omnia labore habuit venialia. B. PAVLVS apud Christianos denuntiat Thessalonicensibus. *Si quis non velit operari, nec manducet.* B. BERN. epistola ad Henricum Senonensem Archiepiscopum. *Labor, inquit, & laborare, & voluntaria paupertas, hæc sunt monachorum insignia. Egyptiorum monasteria, ait HIER in epistola ad Rusticum monachum, hunc morem tenent, ut nullum absque operis labore suscipiant. Ad operarios & opifices si respicimus, nullus bonus agricola est, nisi gnaus & industrius, & rusticarum rerum studio incensus. Opifices, qui non de multa nocte vigilant, mercator ignauus, miles segnis, nec rem facere, nec aliquid laude dignum exequi possunt. Artium maximarum studia sine vigilantia & labore frustra tractantur. Solon, apud græcos, præcipit, parentem à filio nullum vitæ subsidium accipere, qui nullam artem filium Ege 3; docuisset.*

Matth. 25. 30.  
1. Cor. 3. 8.Rom. 8. 18.  
Athanas. in eius  
vita.

Emil. hom. 3.

Aug. in Psal. 93.  
Fulg. lib. 1. c. 16.

Iob. 5. 7.

Hier. ep. 33.  
2. Thess. 3. 10.  
Bern. ep. 40.

Hier. ep. 4.

Laer. lib. 4.

Diod. Sicul.

docuisset. Lex Ægyptiis fuit, qua singuli cogebantur nomina apud praefidem profiteri, & qua arte sustentarentur, ostendere. Quod si quis mentiretur, aut iniusto quaestu viueret capite plectebatur. Catonis sententia erat. *Homines nihil agendo male agere discere.* Tota laus Ducis belli & Imperatoris erat in vigilantia & celeritate. Hinc Vespasiani dicitur. *Imperatorem stantem debere mori.* Adhuc labor ipse omnes artes adinuenit, domos edificat, agros colit & vineas, terram peragrat, mare nauigat, naturam ipsam excolit, litteras tractat, religionem conseruat, fera & syluestria animalia mansueta reddit, ingenium acuit, memoriam perficit, & vt nobilis Poeta ait, *labor improbus omnia vincit.* Demum terra nullo labore culta, nihil nisi spinas & tribulos profert. Aer non commotus corrumpitur. Domus non habitatae corruunt. Viae non tritae syluescunt. Instrumenta Musica, quae non pulsantur, destruuntur. Ferrum sine exercitio rubiginem contrahit. Aqua stagnans non nisi ranas, bufones & serpentes gignit. Equus generosus in stabulo quiescens marcescit. *Nulla virtus sine labore perficitur,* ait Abbas Serenus apud Cassianum.

Sueton.

*Imperatorem stantem debere mori.* Adhuc labor ipse omnes artes adinuenit, domos edificat, agros colit & vineas, terram peragrat, mare nauigat, naturam ipsam excolit, litteras tractat, religionem conseruat, fera & syluestria animalia mansueta reddit, ingenium acuit, memoriam perficit, & vt nobilis Poeta ait, *labor improbus omnia vincit.* Demum terra nullo labore culta, nihil nisi spinas & tribulos profert. Aer non commotus corrumpitur. Domus non habitatae corruunt. Viae non tritae syluescunt. Instrumenta Musica, quae non pulsantur, destruuntur. Ferrum sine exercitio rubiginem contrahit. Aqua stagnans non nisi ranas, bufones & serpentes gignit. Equus generosus in stabulo quiescens marcescit. *Nulla virtus sine labore perficitur,* ait Abbas Serenus apud Cassianum.

Virg. 1. Georg.

ait, *labor improbus omnia vincit.* Demum terra nullo labore culta, nihil nisi spinas & tribulos profert. Aer non commotus corrumpitur. Domus non habitatae corruunt. Viae non tritae syluescunt. Instrumenta Musica, quae non pulsantur, destruuntur. Ferrum sine exercitio rubiginem contrahit. Aqua stagnans non nisi ranas, bufones & serpentes gignit. Equus generosus in stabulo quiescens marcescit. *Nulla virtus sine labore perficitur,* ait Abbas Serenus apud Cassianum.

Cass. coll. 7. c. 6.

ait Abbas Serenus apud Cassianum.

Matth. 3. 25.

VII. REMED. Considera ignauos & segnes demonum dolis & tentationibus maximè esse obnoxios. Quod liquet ex parabola à Christo apud Matthæum allata de bono semine, in ea enim dicitur. *Cum autem dormissent homines venit inimicus & super seminavit zizania in medio tritici.* inimicum autem illum esse diabolum Christus ipse interpretatur. Dormientes autem, qui alii sunt, quam qui segnes sunt in operibus bonis! Et ex alio dicto Christi apud Lucam de more demonis. *Cum in mundus spiritus exiit de homine, nempe iam conuerso, perambulat per loca in quos, querens requiem, hoc est executionem impiarum suarum fraudum. et non inueniens dicit. reuertar in domum meam vnde exiit, nam ob peccati consuetudinem sperat posse redire ad eum, ex quo eiectus est, Et cum venerit, inuenit eam vacuam, id est, otiosam, & segnem, scopis mundatam, leuiter tantum purgatam, qui non serio conuersus fuit. Tunc assumit septem spiritus nequiores se & ingressi habitant ibi, & noua zizania bono semini super seminant, quae vix dancipia extrahi possint. Nam vt pirata, inquit B. CHRYSOSTOMVS de verbis*

Luc. 11. 24.

Isaie, *his potissimum nauibus in sidantur, quas auro & pretiosis mercibus onstas esse intelligunt: ita demon his potissimum laqueos obtendit, quos bono accepto semine spiritualibus diuitiis abundare cognoscit.* Exemplo potest esse DAVID rex & Propheta, qui cum esset vir Dei, & multo bono semine excultus, tamen ei diabolus suum libidinis zizanium otio domi vacanti iaseuit, sic peccatus, vt adulterium & homicidium, simul vno fere vt ita loquar, habuit petrarit. Quare. B. HIER. monasticæ & perfectæ vitæ studiosum. Rullis cum his verbis monuit, *aliquid operis facito, vt semper te diabolus inueniat occupatum.*

Chry. hom. 4.

Chry. hom. 4.

2. Reg. 11. 4.

2. Reg. 11. 4.

Hier. ep. 4.

Hier. ep. 4.

VIII. REMED. Considera, obrepente torpore & somnolentia; quantum omnes bestiaē quotidie laborent pro vili aliquo pabulo consequendo: quam diu araneus pro musca, felis pro musculo capiendō ad foramen aduigilet: quantum supra vires formica aestate sudet pro esca hyberna: quod exemplum Salomon ad pudefaciendos ignavos portulit. Aut si illa exempla non arident, quantum huius seculi homines noctū diūq; se fatigent, vt mundo placeant. Idcirco enim Christus Saluator noster apud Lucam villicum iniquitatis laudauit, dixitq; *filios huius seculi* Luc. 16. 8. prudentiores esse filijs lucis in generatione sua, vt ab iis vigilantiam & solertiam non in malo sed in bono disceremus. Illustre huius antidoti exemplum habes in vita S. PELAGIÆ Antiochenæ, quam Iacobus diaconus Heliopeleos conscripsit. Pelagia Antiochena meretrix, inquit, adeo com- Apud Suriann. 8. Octob. pia per vias ibat, vt nihil in eius vestibus præter aurum, & gemmas ingenti splendore micantes cerneretur. Ipsi quoque pedes auro & margaritis fulgebant. Stipabant ve: ò eam ingens comptulorum puerorum puellarumq; turba. Tanta autem formæ eius erat v. nustas, vt spectatores nullo eius aspectu satiari possent. Episcopi aliquot ei obuiam facti, cum gemitu vultum auerterunt, velut à re execrabili, solus Nonnus Edeffenus Episcopus oculos in eā diu defixit, aliosq; Episcopos ea re obstupefactos rogauit, quid de ea venustate illis videretur? Illis vero silentibus vultum in genua demisit sudario tectum, multasq; cum longo suspirio lacrymas profudit: erectus vero dixit se mirifice ea venustate delectatum. Quot enim horas, inquit, hæc mulier expendere putanda est, dum se comit & ornat, tota mentis cogitatione in id intenta, vt sua pulchritudine mundi amatoribus placeat? Et nos habentes Patrem omnipotentem in cœlis, Dominum immensæ maiestatis, amplissima promittentem præmia bene operantibus, nihil studemus ornandis miseris animabus nostris, nec sordibus earum expiandis: sed patimur eas spinas iacere, desidiaq; marcescere. His dictis apprehensa manu diaconi sui abiit in cubiculum, ibiq; humi prostratus, nullum plorandi finem faciens cœpit coram D. EO suam socordiam detestari dicens. Ecce vnus diei ornatus, quam hæc femina corpori suo excolendo adhibet vincit omnem animæ meæ ornatum. Hanc Pelagiam S. Nonnus paulo post, cum forte eius concioni interesset, ad CHRISTVM conuertit, sacris aquis abluit, suaq; institutione efficit, vt post durissimam actam pœnitentiam in monte Oliueti, vbi ignota in habitu virili vsque ad mortem delituit, in sanctarum numerum ab Ecclesia sit relata.

IX. REMEDIUM. Considera exempla Sanctorum, qui & ipsi manibus strenuè laborant, & alios ad idem faciendum sunt cohortati.

IRIMYM

Act. 20. 32.

PRIMUM sit Apostoli Pauli, qui ut est in Actis Apostolicis, Ephesi maiores natu ita allocutus est. *Vigilate memoria retinentes, quoniam per triennium nocte et die non cessavi, cum lachrymis monens unumquemque vestrum. Argentum et aurum, aut vestem nullius conculsi. Ipsi scitis, quoniam ad ea, qua mihi opera erant, et his qui mecum sunt, ministraverunt manus istae.* Et in priore epistola ad Corinthios, multis rationibus probat se ex ordinatione etiam Domini potuisse Evangelii sumptibus vivere, & labore manuum abstinere, sed ob maiorem ædificationem noluisse. Et in posteriore ad Thessalonicenses cohortans alios ad se imitandum. *Ipsi scitis, ait, quemadmodum oportet imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam dederimus vobis ad imitandum nos.* II. est Abbatis PAMBONIS apud Palladium in

1. Cor. 9. 15.

2. Thess. 3.

Pallad. c. 10.

Lausiaca historia, Pambo, inquit, cum esset moriturus in ipsa hora excessus, cum circumstantibus Beato presbytero et Ammonio viris inclitis et reliquis fratribus, dicitur hoc dixisse. *Ex quo venit in hunc locum solitudinis, et meam edificavi cellam, et hic habitavi, nulla fuit dies, quo non aliquid operis fecerim meis manibus: nec memini me ab aliquo panem gratis datum comedisse: nec me in hanc horam paniter alicuius sermonis quem dixerim et sic ad Deum recedo, ut qui nec pius quidem ac religiosus esse cœperim.* III, Abbatis PAULI apud Cassianum de instit. monast. Abbat

Cass. l. 10. c. 24.

Paulus probatissimus Patrum, cum in eremo vastiore consistens, que Porphyrus nuncupatur, palmarum fructibus, et horto modico securus, haberet sufficientem alimentum suæ victus que substantiam, nec posset aliquid aliud unde sustentaretur opere exercere, eo quod ab opidis, et habitabili terra septem mansionibus, vel eo amplius deserti illius separaretur habitatio, plusque exereretur pro mercede vecturæ, quam valere posset pretium operis desudati collectis palmarum foliis quotidianum pensum velut exinde sustentandus à semetipso iugiter exigebat. Cumque opere totius anni antrum eius fuisse impletum id quod sollicita cura laboraverat singulis annis supposito igne concremabat: in tantum probans sine opere manuum nec in loco posse monachum perdurare, nec ad per-

Cæsar. l. 12. c. 47.

fectionis culmen aliquando conscendere. IV. est RICHARDI cuiusdam apud Cæsarium. In Arnsværga monasterio ordinis Præmonstratensis situs astitit à quodam sacerdote eiusdem congregationis, Scriptor quidam erat, Richardus nomine, Angli natione: hic plurimos libros in eodem canobio manu propria conscripserat, mercedem sui laboris præsolans in caelis. Hic cum fuisset sanctus, et in loco notabili sepultus, post viginti annos tumba eius aperta manus eius dextera tam integra et tam virida esse reperita, ac si recenter de corpore animato fuisset præcisa reliqua caro in pulverem redacta fuit. In testimonium tanti miraculi manus eadem usque hodie in monasterio referuntur. V. B. BERNARDI, apud Thomam, Cantipratensem Narratur, inquit, de beatissimo BERNARDO Clarensi Abbate, quod aliquando in messione segetum fratrem conuersum vidisset, devote quidem et ultra vires in agro cum mon-

Cantip. l. 2.

Apum. c. 5.



his laborantem. Tactus ergo Spiritus sancto intrinsecus B. Bernardus, dixit coram omnibus laborantibus. *Eia frater, age quod agis, nullum aliud post hanc vitam purgatorium sustinebis.*

VIDE. V. *Acedia. Colloquia otiosa. Curiositas. Immorificatio passionum. Inconstantia. Otium. Procrastinatio. Tepiditas.*

PRÆSUMPTIO.

*Remedia contra presumptionem*

**I. REMED.** Considera oracula diuini verbi sacris litteris consignata. Verbum enim diuinum reprehendit præsumptionem de misericordia diuina & propriis donis, & ab ea dehortatur. *Ne dixeris,* ait apud Ecclesiasticum, *peccanti, & quid mihi accidit triste? altissimus enim est patiens redditor.* De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adicias peccatum super peccatum. Et ne dicas. *Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.* Misericordia enim & ira ab illo cito proximant. Et apud Ecclesiasten. *Quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore villo filii hominum perpetrant mala.* Et apud Ieremiam. *Maledictus homo, qui confidit in homine.* Et apud Apostolum. *Andiuisti bonitatis Dei & patientia & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam bonitas Dei ad penitentiam te adducit? 2. docet Deum esse misericordem & iustum, ac præsumentes de se derelinquere.* Ut in Psalmis. *Misericordiam & iudicium,* ait, *Dauid, cantabo tibi Domine.* Et, *Honor regis iudicium diligit.* Tu parasti directiones, iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti. Et in historia ludith totus populus fidelis sic orat. *Ostende Domine, quoniam non derelinquis præsumentes de te, & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes humilias.* 3. vbi que commendat nobis timorem, humilitatem, & diffidentiam nostri. *Beatus homo,* ait Salomon, *qui semper est pauidus.* Et Paulus. *Noli alium sapere sed time.* Et Ecclesiasticus. *Quanto magnus es, humilia te in omnibus.* Et Salomon. *Qui confidit in corde suo stultus est.*

Eccli. 5. 4.  
Eccli. 8. 11.  
Ier. 17. 5.  
Rom. 2. 4.  
Psal. 100. 1.  
Psal. 98. 4.  
Iud. 6. 15.  
Prou. 28. 14  
Rom. 11. 20.  
Eccli. 3. 21.  
Prou. 28. 26.  
Tert lib. de poenit.

**II. REMED.** Considera sententias priscorum Patrum, TERTULLIANVS Audientes optare intinentionem, non præsumere oportet. *Qui enim optat, honorat: qui præsumit, superbit. in illo verecundia, in isto petulantia apparet. ille satagit, hic negligit. ille mereri cupit, at hic vt debitum sibi repromittit: ille sumit, hic inuadit.* Et paulo post. *Præsumptio inuerecundia portio est: inflat petiorem, despicit datorem. Itaque decipit nonnunquam. Ante enim quam debeat, repromittit, quo semper is qui est præstaturus, offenditur.* CYPR. *Ita nobis spiritualis fortitudo collata est, vt prouidos, non nos præcipites tueatur: vt illos munit, qui renunciant importunitatibus delictorum, non eos qui se magis importunis delictis immergunt, &c. Sicut Spiritus san-*

Cypr. ge. singu lar. clericorum



- Eccli. 1. 27.* Etus iam tunc per Salomonem locutus est, dicens. *Amanus periculum, in ipso periet. Nao quam nisi precipitatus exercitus cecidit, qui audis facere, Ducis vel Imperatoris sus dispositiones irrupit. Multo magis per peritiam erogat fortitudinem, qui sine armis doctrinae magistri spiritus presumpserit triumphare, cum dicat. Va. qui per presumptionem suam aliquid faciunt.* **HIERONIMVS** ad Demetriadem, de virginitate seruanda. *Bonum est obedire maioribus, parere perfectis, et post regulas Scripturarum vite suae tramitem ab aliis discere, nec preceptore vti pessimo, scilicet presumptione sua. Et in Daniele ad verba. forsan ignoscet Deus delictis tuis, &c. Cum beatus Dan et prescius futurorum de sententia Dei dubitet, remittentiam faciunt, qui audacter peccatoribus indulgentiam pollicentur.* **AUGUSTINVS** de Trinitate. *Duo sunt quae in errore hominum difficilime tolerantur: presumptio priusquam veritas pateat: et cum iam patuerit, presumpcia de se ipso fallacia. A quibus duobus vitis nimis inimicis inuentioni veritatis et tractationi sanctorum sanctorum q. librorum, si me Deus defenderit, &c. Et in psalmos Videte, verum de vlla re presumendum sit homini, quando nec de iustitia presumendum est. Iam videte, ubi iaceant presumentes de diuitiis, de viribus corporis, de nobilitate generis, de dignitate seculi: si quis de ipsa iustitia tanquam sua presumpserit, castit. Et in Ioannem Ex utroque homines periclitantur, et sperando, et desperando, contrariis rebus, contrariis afflictionibus. Sperando qui decipitur? Qui dicit. bonus est Deus, misericors est Deus, factam quod mihi placet, quod libet, laxem habenas cupiditatibus meis, implens desideria animae meae. Quare hoc? quia misericors est Deus, bonus est Deus, mansuetus est Deus. Spe isti periclitantur. Desperatione autem, qui cum inciderint in gravia peccata, putantes sibi non posse iam ignosci penitentibus, et statuentes se ad damnationem sine dubio destinatos, dicunt apud semetipsos. Iam damnandi sumus, &c. Metuendum est, ne te occidat spes, et cum multum speras de misericordia incidat in iudicium, &c.*
- Greg. lib. 13. c. 15.* **GREGORIUS** in Moralibus *Neque ita iustitiam timeat peccator, ut nulla spei consolacione conualescat: neque ita confidat de misericordia, ut adhibere vulneribus suis digna penitentiae negligat medicinam, sed quem praesumit sibi peccare parcere, semper etiam cogitet et districte iudicare. Et in libros Regum. O quanti sunt adhuc imitatores Hebr, qui cum minantem sibi omnipotentem Deum quotidie de sacro eloquio sentiunt, et tamen hominibus displicere trepidant, et diuina indignationis minas incurrere non formidant, et dum inimicitias hominum velut implacabiles metuunt, de Dei misericordia etiam peccando confidunt. Sed inordinata fiducia apud omnipotentem Deum vana est: et locum habere potest, indulgentiae vero obtinere non potest.* **BERNARDVS** in sermone de ligno, faeno et stipula. *Nisi quam esse securitas, nec in caelo, nec in paradiso, nec in mundo, nam de caelo angelus, de paradiso Adam, de schola Christi Iudas excidit. Non locus sed homines locum sanctificant.*
- psal. 102. 11.* **III. REMED.** est Timor Domini. Deus enim misericordiam suam, non peccantibus aut praesumentibus, sed timentibus eum promittit, iuxta illud. *Corroborauit misericordiam suam super omnes timentes se. Quomodo miseretur*

misertetur pater filiorum, misericors est Dominus timentibus se, Et iterum Non est inopia timentibus eum. Vnde TERTULLIANVS in libro de cultu feminarum. Quis præsumit, minus veretur, minus præcauet, plus periclitatur. Timor fundamentum salutis est: præsumptio impedimentum timoris. Utilius ergo, si speremus nos posse delinquere, sperando enim timebimus, timendo cauebimus, cauendo saluemur. contra, si præsumamus, neque timendo, neque cauendo, difficile saluemur. Qui securus agit, non est sollicitus, non possidet tutam & firmam securitatem. At qui sollicitus est, is verè poterit esse securus. Hoc antidotum præscripsit B. GREGORIUS Gregoriz cubiculariz Augustæ, quæ optabat suorum peccatorum remissionem ipsi reuelari, dum ita respondet. Rem & difficilem, et inuilem postulasti. Difficilem quidem, quia ego indignus sum, cui reuelatio fieri debeat: inuilem vero, quia secuta de peccatis tuis fieri non debes, nisi cum iam in die vite tue ultimo plangere eadem peccata minime valebis. Quæ dies, quotusque veniat, semper suspecta, semper trepida metuere culpas debes, atque eas quotidianis fletibus lavare. Certe Paulus Apostolus iam ad tertium cælum ascenderat: in paradysum quoque ductus fuerat, arcana verba audierat, quæ homini loqui non liceret, & tamen adhuc trepidans dicebat. Castigo corpus meum, & seruicium subiecto, ne forte alijs prædicans, ipse reprobus efficiar. Adhuc timet, qui iam ad cælum ductus: & iam timere non vult, qui adhuc in terra conuersatur? Perpende dulcissima filia, quia mater negligentia solet esse securitas. Habere ergo in hac vita non debes securitatem, per quam negligens reddaris. Scriptum est enim. Beatus vir, qui semper est pauidus. Et rursus scriptum est. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Psal. 33. 20.  
2. Cor. 12. 4.  
1. Cor. 9. 27.  
Prou. 28. 14.  
Psal. 1. 11.

IV. REMEDIUM. Humilitas. Vnde CYPRIANVS de singularitate

Glericorum. Utilius est infirmum se homo cognoscat, ut fortis existat, quam fortis videri velit, & infirmus emergat. De qua re præsumptores obiurgat Apostolus dicens. Si quis putat se aliquid esse, cum nihil sit, se ipsum implanat. Pro certo implantor proprius suam animam decipit, qui non cauendo contraria noxijs rebus semetipso commiserit. Et AVGVSTINVS de sermone Domini in monte. Quil ergo dicit Beati pauperes Spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Legimus scriptum de appetitione rerum temporalium. Omnia vanitas, & præsumptio Spiritus. Præsumptio autem Spiritus audaciam & superbiam significat. Vulgo etiam magnos Spiritus superbi habere dicuntur, & recte, quandoquidem Spiritus etiam ventus vocatur. Vnde scriptum est. Ignis grandis, nix, glacies, Spiritus procellarum. Quis verò nesciat superbos inflatos dici, tanquam ventos distentos? Vnde est etiam illud Apostoli. Scientia inflat, caritas verò edificat. Quæ propter recte hic intelliguntur pauperes Spiritu, humiles & inermes DEVM, id est, non habentes instantem Spiritum. Nec aliunde omnino incipere oportuit beatitudinem, siquidem peruentura est ad summam sapientiam. Initium autem sapientie timor Domini. Quoniam & e contrario, initium ois peccati

Cypri  
Gal. 6. 3.  
Aug. lib. 1. c. 26.  
Eccli. 6. 9.  
Psal. 14. 8. 8.  
1. Cor. 8. 1.  
Eccli. 1. 16.  
Psal. 110. 10.  
Eccli. 10. 15.

Fff a superbia

Beza. serm. 11.

Superbia scribitur. Vnde B. BERN. exponens psalmum. Qui habitat in adiutorio, docet proximum lapsum in voraginem præsumptionis provenire ex defectu humilitatis, Nolo, inquit, ignorare vos fratres, quoniam modo descendatur, imo cadatur in illas. Primus enim gradus descensionis huius, dissimulatio propria infirmitatis, iniquitatis, inutilitatis, dum sibi parcens, sibi blandiens, persuadens homo se aliquid esse, cum nihil sit, iam ipse se seducit. Secundus gradus, ignorantia sui. Vbi enim in primo gradu inutilia sibi consuerit perizonata foliorum, quid sperabit, nisi ut vulnera testis non videat, præsertim cum ad hoc solum texerit, ne videat. Ex hoc tandem fit, ut etiam alio reuelante, vulnera non esse contendat conuersus in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Atque hic qui lem tertius gradus est admodum vicinus, imò contiguus præsumptioni. Quid enim mali iam altitare videtur, qui præsumit et de se sere? Huc pertinet diffidentia sui, quæ est, primus quasi humilitatis actus, de qua integrum libellum scripsit FRANCISCUS Arias Societatis nostræ Theologus, lectu dignissimum.

Aug. in Psal. 85.

V. REMED. Præsumptio, vel confidentia in solo Deo, EST. AVOSTINI, dum exponit verba illa Psalmi. Inclina Domine aurem tuam & exaudi me quoniam egenus & inops ego sum. Videte, inquit, quia meritis exauditionis suæ, id est, quo exaudiretur in eo posuit, ut diceret. Quoniam egenus & inops ego sum. Obserua, ne non sis egenus & inops: si non fueris, non exaudiris. Quæ quid est circa te, vel in te, unde possis præsumere, abice à te, & tota præsumptio tua DEVS sit: illius indigens esto, ut in ipso implearis. Quicquid enim aliud habueris sine ipso latius, inanis eris. Exemplum huius præsumptionis illustre commemorat S. Augustinus in libro 50. homiliarum de David, qui cum Goliath provocasset populum Israeliticum ad monomachiam, ausus est non præsumens, inquit, de viribus suis, sed in nomine Dei sui procedere aduersus eum. Nec rex Saul abnuuit. Intellexit cum videret audentem puerum, aliquid in eo diuinitatis esse, nec illi tenera ætate sue diuino instinctu talia posse præsumere. Libenter accepit, processit aduersus Goliath. In omnibus ergo, qui erant in ea parte, unde procedebat David, non erat præsumptio nisi de Deo: in illis autem tota spes in vnus hominis viribus. Sed quid est homo, nisi quod in isto psalmo cecinit. Homo vanitati assimulatus est, dies eius velut umbra prætereunt. B. GREGORIUS quoque hanc præsumptionem de solo Deo laudauit, cum exposuit verba illa IOB. Et osculatus sum manum meam, ore meo. Sancti, inquit, viri sciunt post primi parentis lapsum de corruptibili stirpe se editos, & non virtute propria, sed præueniente superna, gratia ad meliora se verba vel opera commutatos, & quicquid sibi mali inesse cognoscunt, de mortali prope sentiunt meritum: quicquid verò in se boni inspicunt, immortalis gratiæ cognoscunt donum, &c. Beatus ergo Iob, quia sic bona, quæ operatus est, narrat, ut tamen hæc sua operationi non tribuat, sed ad auctoris laudem recurat, manum suam ore suo osculatus fuisse se denegat: ac se patenter dicat. Ego me a opera tanquam mea non profero, quia auctoris sui gratiam negare conuincitur, quisquis sibi erit buri quod operatus. I. n. c. p. 11. III.

Psal. 143. 4.  
Greg. 12. mor.  
c. 10.

Id hom. 31.

tinus subdit. Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Liqueet enim, quæ illum negat, cuius d' sp'ct' gratia sibi vires boni operis arrogat. Quod recte quoque & iniquitas maxima vocatur: quoniam omne peccatum, quod ex infirmitate est, spem nequaquam perdit, quia à superno iudice veniam requirit. Præsumptio autem virtutis propriæ tanto grauius in desperatione est, quanto longius ab humilitate.

**VI. REMED.** Pœnitentia non dilata. Est contra præsumptionem de misericordia diuina, quæ est peccatum in spiritum sanctum. Ecclesiasticus ait. Ne dicas. Misericordia Domini magna est, &c. non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius & in tempore vindictæ disperdet te. **AVG.** in libro 50. homiliarum. Si quis positus in vltima necessitate ægritudinis suæ voluerit accipere pœnitentiam & accipit, & mox reconciliabitur, & hinc vadit, fateor vobis, non illi negamus, quod petit, sed non præsumimus, quia bene hinc exit. Agens pœnitentiam & reconciliatus cum sanus est, & postea bene vtuens, securus hinc exit. Agens pœnitentiam ad vltimum, & reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus. Et infra. Vis te dubio liberare, vis quod incertum est euadere? age pœnitentiam dum sanus es, & inuenierit te nouissimus dies, curre vt reconcilieris: si

Eccli. 5. 4.

Aug. hom. 41.

Fug. 2.

fic agis, securus es. **FVLGENTIVS** de fide ad Petrum diaconum. Nullus hominum debet sub spe misericordiæ Dei in suis diutius remanere peccatis, cum etiam in ipso corpore nemo velit sub spe futura salutis diutius ægrotare. Tales enim qui ab iniquitatibus suis recedere negligunt & sibi Deo indulgentiã reppromittunt, nonnunquam ita præueniuntur repentino Dei furore, vt nec conuersionis tempus nec beneficium remissionis inueniant. Ideo vnum quemque nostrum sacra scriptura benignè pramonet. Ne tardaueris conuerti ad Deum, &c. Dicit etiam **B. DAVID.** Hodie si vocem eius auertis, nolite obdurare corda vestra. **GREG.** in primum Regum. De omnipotentis Dei misericordiæ ordinatè confidit, qui hoc quod peccando deliquit, pœnitendo corrigit. **B. ISIDORVS** de summo bono. Qui vult de remissione peccatorum securus esse in hora mortis, faciat pœnitentiam cum sanus est. & tunc iniquitatem suam plangat. Sed qui male vixit, & pœnitentiam in hora mortis agit, certum est, quod in summo versetur periculo. Quemadmodum enim eius damnatio est in certa, sic salus illius est dubia.

Eccli. 5. 4.

Psal. 94. 8.

Greg. in c. 3. libri.

Isid. l. 2. c. 13.

**VII. REMED.** Considera scopum & finem omnium tentationum diaboli esse, vt sub spe protectionis diuinæ peccatorum periculis se obiciat peccator, & ideo Christum quoque hac præsumptione tentauit diabolus. Si filius Dei es, mitte te deorsum. Angelis enim suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidum pedem tuum. Proponens nempe exemplum diuinæ misericordiæ & patrocini, cum ait. Angelis suis mandauit de te, vt ex eo præsumeret se præcipitare deorsum. Verè diabolica vox est. Mitte te deorsum, inquit **AMBROSIVS** in Lucam, quæ mentem hominis de gradu altiori mentiorum præcipitare contendit. Simul etiam infirmitatem suam diabolus cum malicia

Matth. 4. 6.

Psal. 90. 11.

Amb. lib. 4. c. 4.

Chry. hom. 4.

Bern. serm. 11.

Illa. 2. p. 13.

delinat, quia nemini potest nocere, nisi ipse se miseris. Similiter Chryl. operem perfectum in Mattheum. Dicit, mitte te: quia diabolus hortari potest, cogere non potest. Et B. BERNARDVS in psalmum. Qui habitat. dum exponit verba illius Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Ad dicit in precipitiis, inquit, sed in viis tuis. Qualis via haec, de pinnaculo templi mittere se deorsum? Haec est via Luciferi cadentis de caelo. Et ibidem. Via ad mortem praesumptio et obstinatio. Scire vultis unde id sciam? Considerate illorum principes, qualis ille est, tales et domestici eius. Considerate viarum ipsius principia, si non manserit in immani statim praesumptionem profilerit, dicens. Se debet in monte salutem, in lateribus Aquilonis: similis ero alii sumo. Quam temeraria, quam horrida praesumptio? Propter praesumptionem stare non potuerunt. Et infra. Fuge homo praesumptionem, ne gaudeat de te inimicus tuus. Ne mpe in his vitis maxime gaudeat, in proso expertus, quam difficile possis ab hac tanta voragine respirare.

V I D E V. Amor sui. Gloria vana. Illusiones spirituales. Immodestia. Indiscretio. Iudicium proprium. Iudicium temerarium. Superbia.

## PROCRASTINATIO.

## Remedia contra procrastinationem.

Eccli. 5. 4.

Eccli. 17. 26.

Eccli. 21. 2.

1. Cor. 6. 2.

Heb. 1. 13.

Psal. 94. 8.

Apoc. 3. 10.

Baf. orat. 4.

Naz.

**I. REMED.** Considera monita diuina in sacris scripturis. Ut in Ecclesiastico. Ne dixeris peccavi, et quid mihi accidit triste? Alti sumus enim est peccatiens redditor. Ne tarder conuersi ad Dominum, et ne differas de die in diem. Sanctus enim veniet ira illius. Et. Non de moreris in errore in piorum. ante mortem confiteri, mortuo quasi nihil sperit confessio. Et. Fili peccasti? non adicias iterum: sed et de prostrinis deprecare, ut tibi dimittantur. Et apud Apostolum. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Et. Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Sic enim loquitur psalter regius. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Et in Apocalypsi Deus ipse. Ecce sto ad ostium et pulsus: si quis auerit vocem meam, et aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum.

**II. REMED.** Considera monita SS. Patrum BASILIVS oratione de Poenitentia. Suscipiamus tandem aliquando curam animarum nostrarum et fratrum, meriamus ob stultitiam vitam antegresse, decertemus pro futuris, nec amplius hac scordia pestemus, nec praesens semper per negligentiam amittendo, in crastinum verò et consequens initium actionis differendo, reuocari ab eo, qui respicit animas nostras, nec bonis operibus preparati à gaudio sponso excludamur, frustra cum peccatis etiam vitam lugetimus, cum nihil amplius hoc praetentibus proderit. GREGORIUS in sanctum baptisma. Quod si hodie hunc diem seruo praetentibus...

litem in posterum reiicias, tunc mirum dilationibus à pestifero Spiritu deceptus, ut illius consuetudo fert, dicetis. Da mihi id, quod nunc fluit temporis, futurum Deo: mihi etatis florem, Deo sanctitatem, mihi voluptates, Deo corpus effatum, nullusq; visibus aptum, quando miser in periculo versaberis, quot, quamq; inopinati rerum casus te abripient? **AMBROSIVS** libro de poenitentia. Eos qui poenitentiam differunt satis ipse Dominus admonuit. dicens. Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum celorum. Nescimus, qua hora fur veniat, nescimus an proxima nocte à nobis recessit ueracina, Adam post culpam statim de paradiso Deus eiecit, non distulit, sed statim separavit à deliciis, ut ageret poenitentiam; statim tunicam vestiuit pelliceam, non sericam. Quid enim, quod differas? An ut plura peccata committas? Ergo quia Deus bonus est, ideo tu malus, et diuitias bonitatis eius et patientiam contemnis? sed bonitas Domini magis ad poenitentiam te debet adducere. **CHRYS.** de Poenitentia ad populum Antioch, Dus rursus prauaricatos venia dignos efficit, et poenas statim non infert, ut per omnia nos trahat ad poenitentiam. Multum peccasti, iam desiste, et in contrarium reuertere. Deo age gratias, quod te non in mediis rapiit peccatis. Noli et alium querere terminum, ut male opereris. Ne dicas. Erit tempus, cum sit opus conueriti. Multi dum aliena suscipiunt, interea rapti sunt et migrare imperparati. **AUGUSTINVS** de salutaribus documentis Ne de misericordia Domini tantum securi existamus, ut peccatis peccata augeamus, neq; dicamus, donec viget aetas nostra carnis concupiscencias nostras exerceamus, et postremo in senectute malorum nostrorum poenitentiam agamus. pius est enim Dominus et misericors, nec ultra facinorum nostrorum recordabitur. Ne quasi taliter cogitemus, quia summa stultitia est hac cogitare, cum et impium sit talem licentiam à Deo postulare quempiam velle, cuius initium est, nos separare à Deo. Ideo, inquam, talia ne cogitemus, cum nesciamus, qua die morituri simus. **GREG. III** Greg hom. 7. Euangelia. Tunc, id est in extremo die iudicii, regni ianua lucentib. claudetur, quo modo, quotidie poenitentibus aperitur. Erit namq; et tunc poenitentia, sed fructuositate non erit, quia nequaquam tunc veniam inuenit, qui modo aptum venia tempus perdit. Hinc etenim Paulus dicit. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. **2. Cor. 6. 2.** Hinc Propheta ait. Querite Dominum dum inueniri potest. Inuocate eum, dum prope est, etc. Hinc est, quod per Salomonem Dominus dicit. Vocavi et renuistis: extendi manum meam, et non fuit, qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, et inreparatione meas neglexistis. Ego quoque inuenterit u vestro ridebo et subsannabo, cum uobis id quod timebatis aduenerit, cum irruerit repentina calamitas. **ALCIIVS** Aulicus. c. 20. tus libro quinto de transitu maris rubri.

Amb. lib. 2. c. 11.

Matth. 4. 17.

Gen. 3. 24.

Rom. 2. 4.

Chry hom. 80.

Greg hom. 7.

2. Cor. 6. 2.

Isa. 55. 6.

Prou. 1. 24.

Aulicus. c. 20.

O si compunctas humana superbia mentes  
 Ante obitum mutare, nec expeſtare ſuprema  
 Fata uelit, quando infelix infelicioſe eſſe?  
 Poenitet ambiguit quem ſero poenitet, ergo  
 Praeſentis ſpaciū nobis dum creditur aui  
 Dum patulam cunctis Chriſti clementia ſeſe

Præbet,

*Præbet, præterita plangens crimina vitæ  
Pœnitentia quæ olim negligenter temporis acti  
Dum licet, & sano ingenio quæ animo quæ valemus,  
Nam qui peccatum moriens dimittere, & ipsa  
In seruum tempus differt admissa fateri,  
Non tam dimittit, quam dimittatnr ab illis.*

III. REMED. Considera, quam incertum sit tempus mortis. Christus enim Dominus, primo illud confert furi, apud Matthæum. Si quis inquit, Pater familias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, & non pateris perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati, quia qua nescitis hora filius hominis venturus est. Et Paulus. Sicut fur in nocte ita veniet. Item Petrus. Aduentus Domini ut fur. 2. Dominus confert laqueo. Attendite, ait apud Lucam, ut superueniat in vos repentina dies illa. tanquam laqueus enim superueniet in omnes. Vnde Ecclesiastes. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces captiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum exitus templo superuenierit. 3. declarat illud exemplo diluuii. Sicut, inquit, in diebus Noe, ita erit & aduentus filii hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptii tradentes usque ad eum diem, quo intravit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes, ita erit & aduentus filii hominis. Hinc B. A. V. G. Verum quidem dicitis, quod Dominus iactantia tua indulgentiam promissit: sed huic dilationi ita diem crastinum non promissit. Etenim Ioannem. Reclis dicitis in corde tuo, quando me correxero, Deus mihi omnia peccata mea dimittet. Negare non possumus, quod correctis atque conuersis indulgentiam Deus promissit: nam in quo propheta mihi legis, quia promissit correctio indulgentiam non mihi legis, quia promissit tibi Deus longam vitam. Et infra. Propter illos, qui desperatione periclitantur, Dominus proposuit indulgentia portum. propter illos qui spe periclitantur, & dilacionibus illuduntur, fecit diem mortis incertum. Quando veniat ultimus dies, nescis. Ingratus es, quia hodiernum habes, in quo corrigaris. Idem habet S. GREG. in Euangelia. Si sciret, inquit, quisque de presenti seculo quando tempore exiret, aliud tempus voluptatibus, atque aliud penitentia aptare potuisset: sed qui penitentiam veniam spondit, peccanti diem crastinum non promissit. Semper ergo extremum diem debemus metuere, quem nunquam possumus præiudicare. Etenim hunc ipsum diem, de quo loquimur, ad inducias conuersionis accepimus. Vnde SENECA ad Lucillum. Incertum est, quo te loco mors expectet. itaque tu illam omnia tua expecta.

IV. REMED. Considera dicta Patrum parum fidentium penitentia dilata in vitæ finem, quoniam coacta non voluntaria videtur. A. V. G. in lib. 50. homiliarum. Agens penitentiam, & reconciliatus, cum sanus est, & postea bene viuens, securus hinc exit. Agens penitentiam ad vltimum, & reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus. Vnde securus sum dico & do securus sum.



Item: unde non sum securus penitentiam dare possum, securitatem dare non possum. Et infra. Debeo illud planius exponere, ne me aliquis male intellexisse intelligat. Nunquid dico, damnabitur? non dico. Sed dico etiam liberabitur? non. Et quid dicis mihi? nescio. Non praesumo, non promitto, nescio. Vis te diabolo liberare? vis quod incertum est evadere? Age penitentiam dum sanus es, quando peccare potuisti, &c. Si autem vis agere penitentiam ipsam tunc, quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Sed unde scis, inquis, ne forte Deus dimittat mihi? Verum dicis. Unde? nescio. illud scio, hoc nescio. Nam ideo tibi do penitentiam, quia nescio. Nam si scirem tibi nihil prodesse, non tibi darem. Item si scirem tibi prodesse, non te admonerem, non te terrem.

Duae res sunt. Aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit, nesci: ergo tene certum, dimitte incertum. Et in sermonibus de Tempore. Id serm. 57.

Datur quidem etiam in extremis penitentia, quia non potest denegari, sed auctores tamen esse non possumus, quod qui sic petierit, mereatur absolui. Quomodo enim penitentiam agere possit, qui nulla tum pro se opera satisfactionis operari potest? Et ideo penitentia, quae ab infirmo petitur infirma est. Penitentia, quae a moriente tantum petitur, timeo ne ipsa moriatur.

**SALVIANVS ad Ecclesiam Catholicam.** Propheta dicens ad regem, Peccata tua in misericordiam redime, & forsitan propitiabitur Deus delictis tuis, hoc ipsum, quod dicit, forsitan spei indicat, non fiduciam pollicetur. Ex quo intelligi potest, quam difficile iam in supremis positi peccatores qualibet munificentia ad perfectam intelligentiam peruenire possint, quando Propheta ipse, qui suadet propitiationem Dei inquirendam, promittere tamen non ausus est, promerendam: dat consilium de actu, & tamen dubitat de effectu. Hortatorem se agendi, non impetrandi auctorem facit. Quare scia? Quia omnes scilicet peccatores debent pro se vel in supremis cuncta tentare, et se non possunt vlla praesumere. Si enim Regi Propheta ille per solam honorum operum largitatem absolutam indulgentiam non promittit, intelligere peccator non auctorem penitentia potest, quanta ei & quam larga munificentia opus est, qui vult a Domino obtinere per seram deuotionem, quod non potest & surpare per legem.

**B. BERN.** in sermonibus paruis. Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Quid dissimulant homines in vita sua agere penitentiam & extrema de confessione praesumunt? Quomodo sub vnius horae articulo reuocari posse aestimant omnia anime membra, cuius concupiscentia & desideria per totum mundum sparsa sunt? &c. Si bene memini, in toto canone scripturarum vnum latronem inuenies sic saluatum. Noli ergo huic tam periculosa expellationi credere temetipsum. Et quidem Spiritus non modo vbi vult, sed quando vult spirat: nec ei difficile est de subito perfectam dare contritionem cordis, quam vix multo tempore alij consequuntur: sed unde scis, quod tunc tibi ita subuenire velit, quem tu interim sic repellis? Benignus est quidem Spiritus sapientia, sed non liberabit maledictum a labiis suis. Audi quis ille sit maledictus, qui peccat in spe.

**V. R E M E D.** Considera causas, cur procrastinatio emendationis vitae non solum vana, sed etiam valde periculosa sit. Prima est quia, qui toto

Saluiam. lib. 1. in fin.  
Dan. 4. 24.

Bern. serm. 39.  
Psal. 13. 4.

Ioan. 3. 8.

Chri-  
si sine  
in fine  
bonis  
inter  
am, et  
omni-  
no, et  
in cur  
a dicit  
in motu  
vult  
verit  
munda  
Et in  
peccat  
entiam  
entiam  
qui de  
Ita qu  
vult  
Idem  
vult  
Sicut  
Ecc  
SES  
vult  
entia  
in lib  
post  
vult  
vult



vita cursu immemor fuit Dei, eiusque monita & præcepta contempserit, videri videtur, ut & ipse obliuioni vicissim à Deo tradatur, atque cōtēnatur. *Vt quis spernis ait apud Isaiam, nonne & ipse sperneris? Et apud Ezech. Anstrotur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius, eo quod non fueris recordata dierum adolescentia tua. Nō irascar, id est, non te castigabo ut emēderis. Et in Psalmis de quibusdā dicitur. Dimisi eos secundū desideria cordis ipsorum in aduentum suum suis. Vnde AVE, in personibus de factis. Veniet illis (peccatoribus) dies, vltissima, veniet dies iudicii, quando eis nec penitentiam licebit agere, nec bonis operibus, sed aeterna morte poterunt redimere: quia percussit etiam hac animaduersione peccator, ut moriens obliuiscatur, sui qui dum viueret, oblitus est Dei. Et GREG. dū exponit verba Iob Obluiscatur eius misericordia. Omnipotēs, inquit, Dei misericordia obliuiscitur eius dicitur, qui omnipotentis Dei iustitia fuerit oblitus, quia quis quia eū nūc iustitia timet, postea inuenire non valet misericordē. II. causa est, quia quo quis diutius in peccato perseverat, hoc grauius delinquit, diuina namque in se iram magis accendit, ac proinde & minus se indulgentia dignum ostendit, quo diutius vixerit. Hinc Apostolus ad Rōanos. An diuitias bonitatis eius, & patientia & longanimitatis contemnis, ignorans, quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impatiens cor thesaurizas tibi iram die iræ. Et in eadem verba GREG. libro 25. Moralium. Peccatorem tanto sequitur districtior sententia, quanto peccanti ei magna est patientia prorogata: quia diuina severitas eo inquam acrius punit, quo diutius pertulit. Sæpe vero evenit, ut dum peccatores superna clementia expectat, in maiorem cordis cecitatem proficiant. Vnde scriptum est. An ignoras, quia benignitas dei ad penitentiam te adducit? Tu autem, etc. III. causa est, quia ex procrastinatione tandem in peccandi consuetudinem venit, quæ difficillimè expugnatur. Vnde Ieremias. Si mutare poteris Ethiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere, cum dixeritis malum. Et B. Iob. Ossa eius implebuntur vitis adolescentie eius, & cum ea in puluere dormient. Et Salomon. Proverbium est: adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Difficultatem hanc prolixè AVEVSSTRINVS declarauit in narratione suæ conuersionis. Nam in libro octauo Confessionum, cum primis capitibus docuisset se exemplo Victorini recens conuersi vehementer commotum ad mutandam turpem vitam tandem cap. 5. ait. Sed voluntas veteris pugnabat contra nouam. Ex voluntate peruersa facta est libido, & dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Differens dicebam, modo, ecce modo, sine paululum, sed modo & modo, non habebat modum. Deinde cap. 8. exponit, quantam pingnam habuerit in se vincendo. Fremebam mecum, inquit, quod non parecerat tibi DEVS. Et cap. 9. Imperat animus, & non obsequitur corpus. Et cap. 10. nolēbam, & volebam, & dissidebam à meipso. Et cap. 12. Sub fisco straxi me stens. quam diu*

Isa. 57. 1.  
Ezech. 16. 41.

Psal. 80. 13.

Aug. serm. 10.

Iob. 7. 29.  
Greg. 16. mor.  
c. 14.

Rom. 2. 4.

Greg. c. 2.

Ier. 27. 25.

Iob. 20. 11.

Prou. 22. 6.

Aug. 1. 8. confes.

quam dicitur? cras est cras. quare non modo, quare non hac hora finis turpitudinis mea?  
 Audio vocem. Tolle lege, tolle lege. Legit codicem B. Pauli, & tandem conuer-  
 titur. IV. Causa est, quia neque senectus, neque tempus mortis idoneum

Eccli. 21. m

est ad veram poenitentiam agendam. Non senectus, quia Ecclesiastes.

Memento, inquit, creatoris tui in diebus iuuentutis tuae, antequam veniat tempus af-  
 flictionis, & a propinquant anni, de quibus dicas, non mihi placent. Et S. BASILIVS

Basil. orat. 4.

oratione de poenitentia: Quid facis o homo cum multis valeas in agendo, iuven-  
 tutem tuam in peccatis traducis, ubi vero labore fracta fuerint instrumenta, tunc ipsa

ad Deum adducis, cum iam illorum nullas sit usus, sed necessario labant ac torpent ob  
 longi temporis tabem. Temperantia in senecta non est temperantia, sed potius inconi-  
 tentia quadam impotentia. Dum vires ac robur suppetit, ratione dominare peccato:

nam virtus est, declinare a malo & facere bonum. Si vitio aetatis cessas a peccatis, im-  
 becillitati hoc est acceptum firendum. AMBROSIVS in psalmum 118. Quid potest

Amb. scem. 79.

balere laudis, si effectum corpus voluptatibus, & iam senectutis gelu frigidum ad sera  
 deuotionis officia deposito iam se senior vigore conuertat? Non est corona, nisi ubi fue-  
 rit difficultioris lucta certaminis, ad quam rari contingere possunt, nec omnes qui ingressi

Thren. 3. 27.

fuerint stadium pervenire. Et paulo post. Hieremias dicit. Et bonum est viro, qui  
 gravis portavit iugum a iuventute, sedebit singulariter, & silebit, quia nescit iugum

verbi. Qui enim a iuventute iugum portaverit, & habens manus moderaminis tene-  
 ri-ra volens colla subdidit, sedebit singulari et remotus a strepitu interpellantium

Seneca.

passionum. Adde SENECA in libro de breuitate vitae ita differentem  
 de ludio virtutis non prorogando in senectam. Non pudeat te, reliquias vi-  
 tae tibi referuare, & id solum tempus bonae mentis desinare, quod in nullam rem con-  
 ferit p'sens. Quam seruum est, tunc vivere incipere, cum desinendum est? NEQUE

tempus mortis idoneum est. Quid enim expellas, inquit, loco citato Basilivus, ut te  
 tum febris ad poenitentiam vocet, cum neque solutaria verba amplius proloqui, neque

quidquam auribus accipere poteris cum in istis capite morbus inhabitet, non manus ad  
 calum ar. plus tollere, non in pedes erigi, non genua flectere, cum precatio erit habenda.

non commodè doceri, non certo confiteri, non redire in gratiam cum DEO, non renun-  
 ciare inimicis, & fortassis neq. intelligenda & animo comprehendere mysteria diuina

preteris, si quidem praesentes ambigant, an acceperis beneficium, an aliquem sensum eo-  
 rum, quae sunt, habeas. Quod si certo & aperte gratiam susceperis, tunc talentum qui-  
 dem habes, quae sunt, verò non affers. Et infra Quis tunc te poenitentia, ex perturbatione

memento cap. um ac stupidum commone faciet? tui marore consuevit, alieni spernunt ap-  
 que nihil ponitur, amicus etiam ad monendum tardus est, timens ne te magis perturbet.

Quod si medicus sanitatem promittendo te decipiat, tu de sanitate non desperas, eo quod  
 natura vitae sis cupidus. Mors impendit. & qui abducit urget. Quis te amabo, eximet,

ac ex tantis malis eripiet? Deus, nolle, quem contempnisti? ac hic minime preces tuas  
 audiet, cum ex tu ipsum non exaudieris. Nemo te manibus verbis circumueniat:

imminebit enim tibi subita pernicies, & mors procella instar aderit. Angelus me-

stus & horridus violenter abducens ac trahens animam tuam peccatorum vinculis  
stridam, &c.

Greg. hom. 12.  
in Euang.

VI. REMED. Considera exempla eorum, qui cum salutis dispen-  
dio vitæ emendationem procrastinarunt. PRIMVM sit, quod com-  
morauit pro concione B. GREG. de procrastinatione agens. Quidam, in-  
quiens, vir nobilis in Valeria provincia nomine Chrisaurius fuit, vir valde idon-  
sed tantum plenus vitis, quantum rebus, superbia tumidus, carnis sue voluptatibus  
subditus, in acquirendis rebus auaritia facibus accensus. Sed cum tot malis Dominum  
finem ponere decreuisset, sicut à religioso quodam viro, qui nunc superest, propinque  
lius didici, corporis languore percussus est. Qui ad extremum veniens, eadem hora quæ  
iam de corpore erat exiturus, apertis oculis vidit tetros & nigerrimos spiritus eorum  
assistere, & vehementer imminere, ut ad inferni claustra se raperent. Caput tremens,  
pallescere, suadere, & magnis vocibus inducias petere, filiumque suum nomine Maximus,  
quem ipse iam monachus monachum vidit, nimis & turbatis clamoribus vocari dicit.  
Maxime curre, Maxime curre, nunquam aliquid tibi mali feci, in tuam fidem me mis-  
pe. Turbatus mox Maximus affuit, lugens & perstruens familia conuenit. Ipsi nati-  
gnos spiritus videre non poterant sed eorum præsentiam in confusione, in pallore ac ter-  
more illius qui traheretur, videbant. Tacebat in sinistro latere, aspectum eorum ferre  
non poterat, vertebatur ad parietem, ibi aderant. Cumque constrictus nimis relaxari  
iam posse desperaret, cepit magnis vocibus clamare, dicens, Inducias vel usque mane,  
inducias vel usque mane. Sed cum hæc clamaret, in ipsis suis vocibus de habitaculo sua  
carnis euulsus est. Nos ergo fratres carissimi nunc solliciti è ista cogitemus, ne nobis in  
vacuum tempora pereant, & tunc queramus ad bene agendum viuere, cum iam com-  
pellimur de corpore exire. Hucusque GREG. SECUNDVM sit BEDÆ in histo-  
ria Ecclesiastica de gente Angelorum NOVI fratrem quendam posium in mo-  
nasterio nobili sed ignobiliter viuentem. Corripiebatur quidem sedulo à fratribus ac  
maioribus loci: & quamuis eos audire noluisse, tolerabatur tamen longanimiter ob  
necessitatem operum ipsius exteriorum, (Erat enim fabri arte singularis) seruitus  
autem multum ebrietatis, & ceteris vitæ remissioris illecebris, magisque in officina die  
nocturne residere quam ad psallendum ac que ornandum in Ecclesia, audiendum que cum  
fratribus verbum vitæ concurrere consueuerat. Vnde percussus languore, atque ad ex-  
trema perductus vocauit fratres, & multum moriens, ac damnato simul capite narret  
quia videret inferos apertos, & Sathan demersum in profundis tartari. Caypham quon-  
cum ceteris, qui occiderunt Dominum, iuxta eum flammis ultricibus traditum. In  
quorum vicino, inquit, heu misero mihi locum conspicio æternæ perditionis esse præpa-  
ratum. Audientes hæc fratres diligenter ceperunt exhortari, ut penitentiam ageret.  
Respondit ille desperans. Non est mihi tempus mutandi vitam, cum ipse videret tunc  
in vltimis est monasterij locis humanum: neque aliqui pro eo missas faceret, vel psalms  
cantare, vel saltem orare presumerent. Et infra. Factum est hoc nuper in pronuntia  
Beris.

Bed. lib. 5. c. 15.

P. Damian. in  
3. tom. Bibl. Si  
Patr.

Berniciorum, ac longè late que diffamatum multos ad agendam, et non differendam, scelerum suorum poenitentiam prouocauit. TERTIVM sit ex epistolis PETRI Damiani Cardinalis. In Perusino monasterio, inquit, sancti videlicet Saluatoris, qui nuper et ipse praefuit, monachus paulò ante fuerat, nomine Gunizo, astutus nimis, secularibus contentiõibus vehementer intentus. Hic dum et in immutandis Abbatibus et fratribus perturbandis astutus non quiesceret, ad hoc usque peruenit, ut diaboli ad superandos amulos patrociniũm quaereret, eius ditioni se etiam corporaliter manciparet: cui tamen seductor Spiritus exigenti ante promisit, quod tercio die priusquam moreretur, suum exitum sibi nunciaret. Credit infelix, et diu postmodum viuens ita sub hac deceptoris securitate permansit. Tandem in agri tudinem lapsus adest fideiussor iniquus, et post futurum, sicut spondederat, obitum innotescit. Protinus aduocatis ille fratribus cuncta haec, quae eũ nequissimo pepigerat Spiritu, per ordiẽm narrat, eũq; illi inflant, dicentes. Esto confessus, age poenitentiam, repente ille obdormiuit: et sine pulsantibus, sine clamantibus, euigilare non poterat. Si verò vel illi conticescerent, vel aliud quid praeter poenitentiam loqui vellent, mox ille expergefactus, inuicem loquebatur. Sed rursus audire nomine poenitentiae protinus obriescere in sensibili sopore correptus, donec horrenda morti traditus ad eum, cui demotionem fecerat, sit deuolutus. Postmodum verò per plures noctes nigra canum turba non cessauit sepultura eius assistere, et quasi depositum custodire, ita ut non minimo videntes horrore conciterentur.

VIDE. V. Acedia. Consuetudo praua Desperatio. Immortificatio passionum. Inconstantia. Praesumptio. Tepiditas. Voluntas propria.

PROPRIETAS RELIGIOSORVM

Remedia contra Propriet. Religios.

IREM. Considera sacrarum litterarum sententias. Primo enim laudant & consulunt voluntariam paupertatem religiosorum, quae consistit in abdicatione proprietatis. Beati, inquit Christus ad Apostolos, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Pauperes enim spiritui hoc loco vocari voluntariè pauperes docent S. Patres. Et ad adolescentem praediuitem ait. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo. Quae verba etiam de consilio voluntariae paupertatis, qualem religiosi profitentur S. patres intellexere, nominatim B. Augustinus & S. Bernardus in declamatione super verba. Ecce nos reliquimus omnia. Haec sunt verba, inquit Bern. quae contemptum mundi in vniuerso mundo et voluntariam persuasere paupertatem: sunt quae Monachis claustra replent, desertis Anachoretis. 2. docent, qui voluntariam illam paupertatem, vel abdicationem proprietatis sint secuti, & primò quidem secuti sunt omnes Apo-

Matth. 5. 3.  
Hier. & Beda in  
Amb. in c. 6.  
Luc.  
S. Leo. ferm. in  
hac verba. Et  
alii.  
Matth. 19. 21.  
Aug. ep. 87. q. 4.  
& in Psal. 109.  
conc. 3.  
Bern.  
Matth. 19. 27.

Ggg 3 stoli

Act. 4. 36.

Possid. in vita  
c. 5.

Basiliacio.

1. Cor. 12. 13.

Hier. in Philo-  
ne.

Act. 4. 36.

Hier. ep. 1.

Act. 5. 1.

Luc. 14. 33.

Matt. 19. 21.

stoli, qui in persona Petri omnes exclamant. *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te, quid ergo eris nobis?* Quorum factum probans Christus, illico respondit. *Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum filius hominis in sede maiestatis sua, sedebitis et vos super sedes duodecim iudicatis duodecim trib. Israel, et c.* Deinde primitiue Ecclesie Christiani, Nam apud B. Lucam in Actis sic legimus: *Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una: nec quisquam eorum quae possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* Ex quib. verbis Religionum fundatores omnes occasionem acceperunt condendi regulam de non usurpando proprio. *De Possidivis de Augustino ita scribit. Factus presbyter Monasterium Ecclesiam mox instituit, et cum Dei seruis vivere cepit secundum modum et regulam sub sanctis Apostolis constitutam; maxime, ut nemo quidquam proprium in illa libertate haberet, sed eis essent omnia communia.*

II. REMED. Considera SS. Patrum testimonia. S. BASILIUS in sermone de institutione monachorum. *Conuenit, ut quemadmodum qui balneum ingrediuntur vestimentis se omnibus denudant: ita et qui colenda pietatis causa ad solitariam vitam accedunt, omni rerum vitae huius materia exuit, vitam vitam, quod est secundum Philosophiam ingrediuntur. In hoc autem illud caput est, vitas animi affectiones vitiosas, quibus anima inficitur solet, a se segregare. Deinde oportet, ut pecunia sua omni se spoliare. Quoties igitur plures in unum fuerint qui eodem sibi proposito sine vitam una inter se agere decreuerint, hoc cum primis firmiter tenent debent, ut cunctorum una omnino mens sit et voluntas una, et ut iuxta legem quam sancit Apostolus, omnis quae in unum conuenerit multitudo, corpus unum efficiatur ex dissimilibus inter se membris coagmentatum. Hoc autem nullo modo aliter legitime confici potest, nisi apud eos illud probe stabilium teneatur, ut nihil quicquam suum cuiusquam esse precise et peculiariter dicatur, non vestimentum, non rei, non aliud quippiam eorum, quae ad societatem vitae conducunt, ea re, ut si singula hac voluntati communi, non autem priuato sibi vendicantis commodo seruiant. S. HIERONYMUS in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum PHILOINUS inquit, librum de prima Marci Euangelista apud Alexandriam scribens Ecclesiam nostram laude versatus est: non solum eos sibi, sed in multis quoque prouincis esse memorans, et habitacula eorum dicens esse monasteria. Ex quo apparet talem priuam CHRISTO credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc Monachi esse nuntiant et ceptunt, ut nihil cuiusquam proprium sit, nullus inter eos diues, nullus pauper, praeterea eorum diuiduntur, orationi vacatur et psalmis, doctrinae quoque et continentiae, quales et LVCAS refert primum Hierosolymae fuisse credentes. Et ad Heliodorum, de laude vitae solitariae. *Non fateatur fraudem idololatrarum esse, sed similes eorum, qui in Actibus Apostolorum ex patrimonio suo partem pretii renuntiantes, praesenti perire vindicta. Anima aduerte frater, non tibi licet de eius quidquam habere rebus, Omnis inquit, Dominus, qui non renuntiauerit euertitibus quae possidet, non potest**

potest meus esse discipulus. Cur timido animo Christianus es? respice Petro relictum re- Luc. 9. 58  
 te. respice surgentem de telonio publicanum sciam Apostolum. Filius hominis non ha-  
 bet ubi caput reclinet, &c. cum derelicta militate castris propter regnum caelorum,  
 quid aliud quam perfectam secutus es viam? Perfectus autem servus Christi, nihil  
 praeter Christum habet, aut si quid praeter Christum habet perfectus non est. B. CHRY- Chry. lib. 3

SOSTOMVS contra vitæ monasticæ vituperatores. Qui in monasteriis  
 degunt conversationem planè caelestem elegerunt, nihilquæ deterior Angelis affecti-  
 sunt: nullus ibi paupertatem exprobrat, nullus diuitiis honestior est. Inde id quod  
 omnia pervertit, & perturbat MEVM & TVVM penitus eliminatum est.  
 Cuncta quippe illis communia sunt, mensa, domus, indumentum, & quod sancti  
 mirabilis est, vnus etiam idemque animus omnibus est. Omnes eadem nobilitate sunt  
 nobiles, omnes eadem seruitute serui, eadem libertate liberi, vna illis omnibus diuitia,  
 quæ vera diuitia sunt: vna gloria, quæ vere gloria est. Ibi velut quadam ex regula  
 & libra cuncta diligentissime sunt ordinata. Nulla ibi inæqualitas, cæterum ordo sum-  
 mus & moderatio, & ineffabilis concordia seruanda diligentia, iugis quæ ac perpetua  
 laetitiae materia. Quocirca omnes omnia patiuntur & faciunt, vt vna latentur & gau-  
 deant. Idem habet homilia 33. in Genesim, & hom. 7. in Acta Aposto- Cass. l. 1. c. 9.

rum. IOAN. CASSIANVS de institutis renunciantium, vel nouitio-  
 rum. Ambiens, inquit, quis intra cœnobij recipi disciplinam, diligentia summa  
 perquiratur, ne de pristinis facultatibus suis inheret ei vel vnus nummi contagio.  
 Sciunt enim eum sub monasterii disciplina diuturnum esse non posse, sed ne humilita-  
 tis quidem, aut obedientiæ apprehensurum esse virtutem, nec illa cœnobij paupertate  
 ac districtione contentum fore, si in conscientia eius pecunia quantumcumque latue-  
 rit. Et infra. Illam sane virtutem inter cæteras monachorum institutiones vel comme- id. c. 27.

morare superfluum puto, quod scilicet nulli cistellam, nulli peculiarem sportellam liceat  
 possidere, nec tale aliquid, quod velut proprium retinens suo debeat communitate signacu-  
 lo. Quos ita nouimus omni ex parte nudos existere, vt praeter collobium, maforsem, sa-  
 ligas melorem ac psalterium, nihil amplius habeant: cum in aliis quoque monasteriis in  
 quibus aliqua remissius indulgentur, hanc regulam videamus strictissime nunc & que  
 seruari, vt ne verbo quidem audeat quis dicere aliquid suum, magnumque sit crimine ex ore  
 monachi processisse codicem meum, tabulas meas, graphium meum, tunicam meam, ca- Greg. l. 10. ep. 12.

lignas meas, proque hoc digna poenitentia satis facturum sit, si casu aliquo per subreptionem  
 vel ignorantiam huiusmodi verbum de ore eius effugerit. S. GREG. in epistola ad  
 Ioannem subdiaconum Raucennæ. Hoc prædicto fratri & coepiscopo Marina-  
 no omnino dicere stude, vt peculiaritatem à quatuor aut quinque monasterij monachis, in  
 quibus corrigi hætenus iniuimè potuit, studiosissime compescat, & hoc ipsum monaste-  
 rium à tali peste mundare festinet: quia si illis peculiaritas à monachis habeatur, nec con-  
 cordia, nec caritas in congregatione eadem poterit permanere. Quid est autem habitus  
 monachi, nisi contemptus mundi? Quomodo igitur mundum despiciunt, qui in mona-  
 sterio positi aurum quaerunt?

ILLR-

- III. R E M E D. Considera omnes religionum ordinum Fundatores in regulis suis imprimis cauisse, ne quis proprium aliquid possideret. Primus hic S. BASILIVS, qui in Libro de monachorum institutis à R V E R E N D I S in latinum conuerso, ita scribit. Interrogatio, Si debet habere aliquid proprium qui inter fratres est? R E S P O N S I O. Hic contrarius est illi testimonio, quod in Actibus Apostolorum de illis, qui credebant primitus scriptum est. Ibi enim ait quia cum ex eis quicumque suam proprium dicebat esse, sed erant illis omnia communia. Si quis ergo proprium sibi esse dicat aliquid, sine dubio alienum se facit ab electis et à caritate Christi qui docuit verbo et opere complere, et qui animam suam posuit pro amicis suis. Si ergo ipse animam suam posuit pro amicis suis, quomodo nos etiam ea, quae extra animam sunt propriam vendicabimus? Et in sermone de Ascesi hoc est initium.
- Basil. c. 25.
- Act. 4. 32.
- Id. quæst. q. 55. & 57.
- Aug. reg. c. 1. & capit. 109.
- Id. c. 29.
- Reg. Ben. c. 19.
- Act. 4. 32.
- Reg. Fran. c. 1.
- Id. c. 4. c. 6.
- Monachum oportet cum primis nihil in vita, quod iuris sui proprium sit possidere. Et in quæstionibus brevioribus. In societate fratrum nihil privatum haberi debet. Qui enim dicit suum aliquid esse, is se ipsum alienum reddet ab Ecclesia Dei et caritate Domini. Et infra. Dare aut accipere non est cuiuslibet, sed eius, cui de communis sententia delatum est munus dispensandi. II. est B. A V G. in cuius regula hoc est initium. Primum propter quod in unum estis congregati, ut vnauius habitetis in domo, et sit vobis anima vna et cor vnum in Deo. Et non dicatis aliquid proprium, sed sit vobis omnia communia. Quæ extrema verba sic exponit H V G O de S. Victoris ordinis S. Augustini canonicus regularis. Non debemus aliquid habere proprium, aut quidquam dicere meum, sed nostrum, ut dicatur nostra cappa, nostra tunica, nostra domus, et in ceteris similiter. Omnia enim in communi debemus habere, et omnia communi nomine appellare. Cum hac regula conuenit, quod postea prohibet, ut non liceat cuiquam vestem etiam à parentibus oblatam occultè accipere, vel sibi retinere, & addit. Quod si aliquis rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnabitur. In quæ verba H V G O, Frater, inquit, qui rem sibi oblatam calauerit Iuda traditoris locum tenet in Ecclesia sancta, qui fur erat, et latro, et loculos habens, et ea quæ mittebantur Domino asportabat et abscondebat. III. est B. B E N E D I C T U S in cuius Regula hæc sunt verba. Præcipiunt hæc vitium rationis amputandum est monasterio, ne quis præsumat aliquid dare, aut accipere sine iussione Abbatis, neque aliquid habere proprium, nullam omnino rem, neque codicem, neque tabulas, neque graphium, sed nihil omnino: quippe quibus nec corpora sua, nec voluntatem licet habere in propria potestate. Omnia autem sint omnibus communia, ut scriptum est, nec quisquam suum aliquid esse dicat, vel præsumat. Quid si quisquam huic nequaquam vitio deprehensus fuerit delectari, admonetur semel et iterum: si non emendauerit, correptioni subiacet. IV. est S. F R A N C I S C U S qui regulam suam exorditur. R E G V L A et vita Minorum fratrum hæc est: scilicet Domini nostri I. H. S. V. Christi sanctum Euangelium obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio, et in castitate. Et infra. Præcipio firmiter fratribus vniuersis, ut nullo modo denarium, vel pecuniam recipiant per se, vel per interpositam personam. Et iterum. Frater, nihil sibi



approprient, nec domum, nec locum nec aliquam rem. Sed tanquam peregrini & aduen-  
 in hoc seculo, in paupertate & humilitate Domino seruietes, vadant pro elemosinis  
 confidenter. Deinde Formula faciendi professionem hæc est. **E GO** frater,  
**N.** voueo & promitto Deo omnipotenti, & c. toto tempore **vite meæ** seruare Regulam  
 fratrum Minorum per Dominum Papam Honorium confirmatam viuendo in obedien-  
 tia, sine proprio, & in castitate. V. sit **B. P. IGNATIUS SOCIETATIS IESU** Fundator,  
 qui in Constitutionibus Societatis ita scripsit. *Ut experiri incipiant sanctæ Pau-  
 pertatis virtutem deceantur omnes, quod nullare tanquam propria vii debeant. Et  
 paulo post. Intelligant etiam, quod mutuo dare vel accipere, vel dispensare quidquam  
 de iis, quæ domi sunt, minime possunt, nisi superior conscius eorū sensum p̄siterit.* Idem  
 habent Regule aliorum religioforum, quos magno numero allatis co-  
 rum verbis citat Ioan. Trithemius in libello de Proprietate monacho-  
 rum.

1. parte. c. 1. c. 6.  
 7. & 8.

Trith. c. 4.

**IV. REMED.** Considera quam grauerit ipsi summi Pontifices Ro-  
 mani animaduerti voluerint in Proprietarios, nam Innocentius III. vt

C. cum ad mo-  
 nasterium de  
 statu. mon.

est in Decretalibus ita loquitur. *Prohibemus districte in virtute sanctæ obedientie  
 sub obsecratione diuini iudicii, ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat:  
 nisi quis aliquod habet proprium totum in continentia resignet. Si vero post hoc proprie-  
 tatem aliquam habere deprehensus quis fuerit, regulari monitione præmissa de mona-  
 sterio expellatur, nec recipiatur vltentus, nisi pœnitentia secundum monasticam discipuli-  
 nam. Quod si proprietatem apud quemquam recepta fuerit, ipsa cum eo in signum perditio-  
 nis extra monasterium in sterquilino subterretur, secundum quod B. Gregorius Papa*

Greg lib. 4. c. 55.

in libro dialogorum fecisse legitur. Vnde si quicquam alicui fuerit specialiter destina-  
 tum non præsumat illud accipere sed Abbati, vel Priori, aut Cellario assignetur. Ibi-

C. monachi. de  
 statu. mon.

dem & **ALEXANDER III.** ita imperat. *Monachus, qui peculium habuerit, nisi  
 ab Abbate fuerit ei pro iniuncta administratione permissum, à communionemoueat  
 altaris. Et qui in extremis eum percussio inuentus fuerit, & dignenon pœnituerit nec ob-  
 latio pro eo fiat, nec inter fratres recipiat sepulchrum. Abbas autem qui diligenter ista  
 non curauerit, officii sui iacturam se inuenit incursum. Si vero Monachus dicat,*

C. cum ad mo-  
 nasterium.

sequi quod proprium habet, habere cum Abbatis sui facultate audiat,  
 quod Vicarius Christi de hac re decreuerit in iisdem decretalibus. Nec  
 aſsimet, inquit, Abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho di-  
 spensare, quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeo annexa est regule  
 monachali vt contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere. **COCCI-**

C. Trid. cas

**LIVM** quoque Tridentinum sessione vigesima quinta decreuit. *Quod si quis  
 siue inferior, siue superior religionis de proprietate usurpata vel permissa  
 conuictus fuerit, is biennio actiua & passiva voce priuatus sit, atque etiam iuxta suæ  
 Regule & Ordinis constitutiones puniatur.*

**V. REMED.** Considera exempla eorum qui ob usurpatam proprie-  
 tatem post voluntariæ paupertatis promissionem grauius puniti sunt

Hhh

T. ii.

Cass. lib. 7. inf. Tria commemorat I O A N. C A S S I A N U S secundum tria genera pro-  
 prietariorum. Nam Giezi, inquit, quæ ne antea quidem possederat volens acquirere non modo gratiam prophetiæ non meruit possidere, quam per successionem vel hereditariam à suo habuit magistro suscipere, verum etiam è contrario aeterna lepra seu Eli Elishæi maledictione perfunditur. **I V D A S** autem volens resumere pecunias, quæ antea Christum secutus, abiecerat, non solum ad proditorem Domini lapsus, Apostolus per biathanati morte conclusit, **A N A N I A S** verò & **S a p h i r a** reseruantem partem quorundam ex his quæ possederant Apostolico ore morte multantur. Quod autem id factum sit ab utroque post factam de voluntaria paupertate sponsonem docet his verbis **S. B A S I L I U S** in sermone de institutionibus monachorum. Licebat initio Anania possessunculam suam Deo non polliceri ac vendere, sed quæquam humane gloriæ cupiditate inductus, quicquid in bonis habebat per professionem Deo consecravit, quo vide licet egregio istiusmodi facto hominum de se admirationem excitaret, de pretio autem callidè nescio qui postea interverit, cuiusmodi aduersum se indignationem Dei prouocauit, cuius Petrus minister fuit, ut nec ad penitentiam aditum inuenire potuerit. **Q V A R T V M** exemplum profert **B. H I E R O N I M U S** ex Nitriæ partibus quidam, ait, ex fratribus parcius magis, quam auarus, & nesciens triginta argenteis Dominum venditum, centum solidos, quos una recubi acquiserat, moriens dereliquit. Initum est inter monachos consilium, (nam in eodem loco circiter quinque millia diuisis cellulis habitabant) quid facto opus esset alijs pauperibus distribuendos esse dicebant, alii dandos Ecclesiæ, nonnulli parentibus remittendos. **M a c a r i u s** verò & **P a m b o**, & **I s i d o r u s**, & ceteri, quos **P a t e r** vocant, sancto in eis loquente spiritu, decreuerunt infundendos esse cum eodem, dicentes Pecunia tua tecum sit in perditionem. Nec hoc crudeliter quisquam putet factum, tantus cunctos per totam Ægyptum terror innasit, ut vnus solidum dimisisse sit criminis. **Q V I N T V M** est in sermonibus ad fratres in eremo **B. A V G U S T I N O** adscriptis. Annis, inquit, duodecim & amplius Ianuarius noster, qui columna obedientiæ & paupertatis inter nos esse videbatur, ut vidistis & audistis, malè vixit, & malè moritur. Quare, vel quomodo malè vixit, nisi quia, quod suum non erat secretè tenuit? Quomodo etiam malè moritur, nisi quia in fine se non cognouit, & obstinatus in suo sensu nobis ignorantibus testamentum fecit, & filium, quem habeat in seculo, ditauit? O vitam saltem in fine hoc nobis dixisset, ut orantibus nobis veniam impetrasset: sed nec confessus fuit, nec eum fecisse penitentia: propterea de meis non est, nec dum viueret erat, Ligate igitur manus cadaveris eius, pronentes in panno ligatos centum & vndecim siclos, quos in pariete cellula recubantes & dicentes. Pecunia tua tecum sit in perditionem. Non enim licet nobis seruum DEI eam collocare, vel ponere in victu, vel in vestitu, vel in opere monasterii, quia pretium damnationis est. **S E X T V M** exemplum est **B. G R E G O R I I** in dialogis, Quidam, inquit, monachus, Iustus nomine medicinali arte fuerat

imbutus, qui mihi in eodem monasterio constituto sedulè obsequi, atque in assidue  
 agnitionibus meis excubare consueverat. Hic itaque languore corporis præueniens ad  
 extremum deductus est. Cui in ipsa sua molestia frater germanus nomine Copiosus  
 seruebat, qui ipse quoque nunc in hac urbe per eandem medicina artem temporalis  
 vitæ stipendia sectatur. Sed prædictus Iustus, cum iam se ad extremum peruenisse co-  
 gnouisset, eidem Copioso fratri suo, quia occultatos tres aureos haberet, innotuit.  
 Quod nimirum fratribus non potuit cœlari, sed subtiliter indagantes, atque illius  
 omnia medicamenta perscrutantes, eosdem tres aureos inuenerunt absconditis in me-  
 dicamine. Quod mox ut mihi nunciatum est, tantum malum de fratre, qui no-  
 bis cum communiter vixerat, æquanimiter ferre non valui: quippe quia eiusdem  
 mei monasterii semper regula fuerat, ut cuncti fratres ita communiter viverent, qua-  
 tenus eis singulis nulla habere propria liceret. Tunc nimio mœrore percussus cogita-  
 re cepti, vel quid ad purgationem morientis facerem, vel quid ad exemplum vituen-  
 tibus fratribus provide rem. Pretioso igitur eiusdem monasterij Præposito ad me ac-  
 cersio dixi. Vide, ut nullus ex fratribus se ad eum morientem iungat, nec sermonem  
 consolationis ex cuiuslibet eorum ore percipiat, sed cum in morte constitutus fratres  
 exquisierit, ei frater suus carnalis dicat, quia propter aureos, quos occultatos ha-  
 buit, a cunctis fratribus abominatus sit, ut saltem in morte de culpa sua mentem  
 ipsius amaritudo transfuerbet, atque à peccato, quod perpetravit, purget. Cum  
 verò mortuus fuisset, corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur, sed quoti-  
 bet in sterquilinis fossam fuit, & in ea corpus eius proiciat, ibique super eum tres  
 aureos, quos reliquit, iactate, omnes simul clamantes, Pecunia tua tecum sit in per-  
 ditionem & si cum terra operire. In quibus virisque rebus, unam volui mori-  
 entis, alteram verò volui prodesse fratribus viventibus, ut & illum amaritudo mor-  
 tis à culpa solubi em faceret & istos auaritia tanta damnatis terreret, & à culpa pro-  
 hiberet: quod ita factum est. Nam cum idem monachus peruenisset ad mortem, atque  
 ante se quæres ei commendari fratribus & nullus e fratribus ei applicari & loqui di-  
 gnaretur, et carnalis frater, cur ab omnibus fratribus esset abominatus, indicauit.  
 Qui protinus de reatu suo vehementer ingemuit, atque in ipsa sua tristitia e corpore  
 exiit, quæ ita sepultus est, ut dixeram. Sed fratres omnes ex eadem eius sententia con-  
 turbati, ceperunt singuli extrema quaque & vitia, quæ illi habere regulariter  
 semper licuerat, ad medium proferre, vehementerque formidare, ne quid apud eos esset,  
 unde reprehendat potuissent. Deinde subiicit quomodo eidem Pretioso man-  
 danti, ut 30. continuis diebus sacrificium Missæ pro Iusto fieret, quibus  
 peractis per visionem ipse defunctus patefecit se ex Purgatorij pœnis li-  
 beratum.

A.C. 8. 29.

VI. RE M E D. Considera, quibus de causis S. Patres vitium Proprie-  
 tatis in Religiosis, non solum verbis sint abominati. (nam Basilius, Cassia-  
 nus, & Hugo Victorinus conferunt cum furto Iy dæ proditoris, B. Bene-

Basil. c. 17.  
I. causa.

II.

Psal. 36. 15.

Matth. 23. 20

III.

IV.  
In reg. breu. q. 85.

Reg. c. 35.

V.

Cassian. c. 6. 7.

VI.

3. Thm. 6. 10.

nedictus vocat nequissimum vitium, S. Gregorius monasteriorum pestem) verum etiam poenatam infami castigavit. S. BASILIUS aliquotro citat causas in Constitutionibus monasticis. Pietatis cultor, inquit, non est omni privata rerum possessione liber sed primum quidem societatis exactam disciplinam privata possessione corrumpit: tum etiam ipse magnopere de se indicius est, ut qui Deum perpetuis alimentis suppeditatum diffidat, qui in nomine ipsius congregati sunt non illud audierit, quod dicitur à Propheta. Iunior fui, etenim senui, et non vidi iustum delectum, nec semen eius quarens panes, vel eos nimium, qui intelligentia pervertitur, prudentiae scilicet, vel qui sensu, quibus corpus alitur. Nam si vbi duo vel tres congregati sunt in nomine Christi ibi ipse in medio illorum est, multo certe verosimilius ibi idem esse credendus est, vbi inulto frequentior hominum multitudo sit. Porro incommodum, quod ex istiusmodi possessione nascitur, nequaquam hic tantum scilicet, sed ulterius etiam progreditur. Et non qui proprium aliquid habere studet, si sine dolo nihil aliud, quam disunctionem ac deflectionem à ceteris meditat. Nam cui hoc in animo non est, quid est tandem, quod ipse possidere seorsum velit? cum in certum sui Christi beneficio servus ipsius in necessariorum rerum copia assidue versari. Proinde perspicuum est, qui talis sit, eum de praecidenda, ac morte afficienda anima sua meditari, quae exiguis obolis salutem suam proderet paratus sit, et alter Iudas efficiatur, ne per quod furio exordiat, (Furium enim est privata possessio) et in prodicionem desinat: quando ut ille Dominum, sic iste etiam veritatis verbum prodit. Alibi & aliam rationem assignat, quia, inquit, qui dicit suum aliquid esse, is seipsum alienum reddit ab Ecclesia Dei, et charitate Domini, qui quidem et verbo et re docuit ponendam esse animam pro amicis, ne dum res externas, S. BENEDICTVS, cum in regula iubet, ut monachus nihil omnino tanquam proprium sibi vendicat, aut prohibito aliquid det vel accipiat, illam causam reddit, quia nec corpus suum, nec voluntatem ei licet habere in sua potestate. VERVM acutius gravitatis huius vitii causam perspexisse videtur IOAN. CASSIANVS in institutionibus monasticis, quam & fusius persecutus est. Nulli vilis, inquit, despectusque videatur hic morbus, qui sicut potest perfacile declinari, ita si quenquam possederit, ad sanitatis remedia vix peruenire concedit. Receptaculum namque est vitiorum, malorumque omnium radix et inextricabilis nequitia fomes efficitur, dicitur Apostolus radix omnium malorum est philargyria, id est, amor pecuniae. Hæc igitur cum remissam tepidamque possederit monachi mentem, primitus eum in exigua summa sollicitans, turbat quosdam, et velut rationabiles ei colores, ob quos vel reseruari sibi aliquid pecuniae debeat, vel parare describit. Nam et ea quae prebentur in monasterio, queritur non est sufficientia, et sano, robustoque corpore vix posse tolerari &c. Si proprium aliquid non fuerit, quo cura corpori aegro valeat adhiberi, misere esse moriendum. Postremo necesse esse posse in eodem monasterio commorari, et nisi parauerit sibi vitiosi sumptus, non posse cum voluerit, transmigrare. Ita que cum huiusmodi cogitationibus laqueaverit contumeliam, qualiter unum saltem denarium acquirere possit excogitat. Tunc pecuniare optat

quod exerceat Abbate in scio sollicita mente perquirat. Quod vendens clam, et optato tandem potius nummo, qualiter eum duplicet, acutus, vehementiusque torquetur: ubi reponat, eum illam credat ambiguum. Cum pecunia incremento deinde rabies cupiditatis augetur. Tum vita longaeua promittitur, senectus incurua, infirmitates diuersae atque proluxa, quae nisi maior summa in iuuentute fuerit preparata, tolerari in senecta non possint. Et infra. Talibus igitur decessionum profectibus, in deterius crescens, nullam deinceps humilitatis, nullam caritatis, nullam obedientiae, non dicam virtutem, sed ne umbram quidem virtutis retineat contentus indignatur ad omnia, et ad singula opera murmurat, atque suspirat, etc. Deinde occasiones, quibus offendi vel irasci debeat studiose perquirat, ne leuiter motus de cenobij disciplina videatur exire. Nec solus tamen transmigrae contentus, ne tanquam suo vitio deseruisse credatur, quantos potuerit susurratoribus clandestinis deprauare non desinit. Et post. Agitur itaque facibus pecuniarum suarum magis ac magis accensus: quae possessa nunquam monachum, vel in monasterio si lere, vel viuere sub regula institutione permittunt.

VII. REMED: Da operam in posterum, vt non solum non proprium aliquod vsurpes, vel rem exigui licet pretii citra superioris consensum aliis des, vel accipias, verum etiam vt radicatus ex animo tuo cupiditatem omnium rerum temporalium, etiam vilissimarum extirpes. Est antidotum eiusdem CASIANI libro paulo ante citato De Phylargyria vel proprietatis vitio, haec erit, inquit, summa victoria, triumphusque perpetuus, vt quemadmodum dicitur, nec mirum quidem nummo conscientia monachi polluat. Impossibile namque est eum, qui vitium in exigua ssepe, concupiscentia semel in corde suo radicem suscepit, non maioris desiderij protinus incendio conflagrari. Tandiu namque miles Christi, victor ac securus, cunctaque cupiditatis impugnatione erit externus, donec initia concupiscentiae huius hic nequissimus Spiritus in eius corde non seuerit. Quapropter cum in cunctis generibus vitiorum, generaliter se penitus caput oporteat seruari, in hoc praecipue diligentius conuenit praecaveri. Quod si fuerit intronissum, sua materia conualescens, ipsum sibi met vehementiora suscitabit incendia. Ideoque non solum pecuniarum est cauenda possessio, verum etiam voluntas ipsa ab animo penitus extrudenda. Non enim tam effectus Phylargyriae vitandus est, quam effectus ipsius radicatus amputandus. Nihil enim proderit pecunias non habere, si voluntas in nobis fuerit possidendi. Et tunc subdit. Possibile namque est etiam non habentem pecunias nequamquam Phylargyria morbo carere, nihilque ei prodesse beneficium nuditates, quia cupiditatis vitium retere non valuit, paupertatis bono, non virtutis merito delectatus, et necessitatis onere, non sine cordis languore contentus. Et inferius. Respice Iudam Apostolorum nun ero deputatus, quia noluit serpentis huius caput letibale conterere, qualiter eum suo veneno peremerit et concupiscentia laqueis irretitum, ad quantum abruptis praecipitiis erit empegit, vt redemptorem mundi, et humanae salutis auctorem triginta argenteis persuaserit vendere. Vniuersas enim diuitiarum molles cupiditatis huius rabies expueat. Et rursus. Denique Princeps Apostolorum his

Hbb 3 eruditus

eruditus exemplis, sciens habentem quippiam cupiditatis frena non posse moderari, nec finem eius in parua summa magnam consistere, sed in sola virtute nuditati, Ananiam & Saphiram, quia sibi quippiam de sua facultate seruauerant morte multauit, ut meritorium, quem ille vltro sibi pro reatu Dominice proditoris mulerat, in commendatio cupiditatis exciperent. Et paulo post. Hæc est igitur de philargyriis perfit. Et victoria, ut parvissima cuiuslibet stipis in corde nostro residere non sinamus igniculum, certi quod restringendi eum non habebimus vterius facultatem, si quantumcunque scintilla huius in nobis materiam fouerimus. Quam virtutem non alias rectam valebimus illibatam, nisi in monasterio consistentes secundam Apostolum habentes vestem & vestitum, his contenti fuerimus.

VIDE. V. Avaritia. Consuetudo praua. Impatientia in paupertate. Inobediencia. Tentatio.

## PVDOR NOXIVS.

### Remedia contra Pudorem Noxium.

**I** REMED. Considera Spiritus sancti monita in vtroque testamento. In veteri monet, ut pudorem vel confusionem noxiam, hoc est, que secum affert peccatum, (quo scilicet a dicendo vel faciendo quod æquitas postulat retrahimur) fugias: vilem verò & honestam, qui homini gratiam & gloriam apud Deum conciliat, ut quo aliquem pudet male agere, amplectaris. Sic enim loquitur sapiens. Pro anima tua, ne confundaris dicere verum, id est, non pudeat te veritatem confiteri etiam cum periculo vitæ. Et enim confusio, addit, adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Deinde prioris confusionis noxiæ 4. si hinc exempla, vi si quis reueritus alicuius potentiam, mentiatur: si prætermittat, quos debet corrigere: si negligat indoctum, cum spes est promouenda salutis, erudire si nolit peccata confiteri. Non confundaris, inquit, confiteri peccata tua. Et alibi. Amicum salutare non confundaris, a facie illius non me abscondam. Et iterum Et ne pro his omnibus confundaris, & ne accipias personam, ut delinquas. De lege altissimi, & testamento, & de iudicio iustificare impium, de verbo sociorum & vitærum & de datione hereditatis amicorum, & de æqualitate stateræ & ponderum, de corruptione emptionis & negotiatorum. Quibus verbis monet sapiens, ne quis pudore sinat se auocari ab obseruatione præcepti diuini, vel à iusta sententia in iudicio ferenda, vel ab hereditate secundum æquitatem distribuenda, vel

Eccl. 4. 24. 25.

V. 26. 27. 28. 30.  
33.

Cap. 27. 31.  
Cap. 4. v. 1. 2. 3.  
4. 5.

vel ab emptione venditioneque iusta. **I N N O V O** vero testamento per os Christi saluatoris non leuem comminatur poenam pudor i noxio. *Qui me confusus fuerit, ait apud Marcum, & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hominis confundetur eum, cum venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis. Et apud Lucam, Qui me erubuerit, & meus sermoxer, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum.* Deinde per os B. Pauli hortatur Timotheum Episcopum, vt hunc pudorem horreat, dicens. *Noli erubescere testimonium Domini nostri, neque me vincitum eius.* Et iterum. *Solicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem.* Idque suo exemplo. *Promptum est, inquit, ad Romanos, & vobis, qui Romanastis, Euangelizare. Non enim erubescio Euangelium.* Atque familiae Onesiphori, de qua ita scribit. *Det misericordiam Dominus Onesiphori domini, quia saepe me refrigeravit, & catenam meam non erubuit.* Denique & B. P E T R V S nos ab hoc inutili pudore deterret. *Nemo, inquit, vestrum pattatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine.*

Marc. 8. 38.

Luc. 9. 26.

1. Timot. 1. 8.

2. Tim. 2. 15.

2. Timot. 1. 16.

1. Pet. 3. 14.

**II. REMED.** Considera sententias priscorum Patrum. **TERTVL- LIANVS** in Scorpiaco. *Plus est autem, quod Christus & confusio confusioem comminatur. Qui me confusus fuerit coram hominibus, & ego confundar eum coram patre meo, qui in caelis est.* Sciebat enim a confusione vel maxime formari negationem, mentis statum in fronte consistere, priorem esse pudoris, quam corporis plagam. Et in libro de poenitentia agens de iis quos pudet patefacere peccata in confessione sacramentali. *Plerosque, inquit hoc opus, vt publicationem sui, aut suffugere, aut de die in diem differre, praesumo, pudoris magis memores, quam salutis: velut illi qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione conscientiam menditium vitant, & ita cum erubescencia sua seruant. Intolerandum scilicet pudori, Domino offenso satisfacere saluti, pro ducte reformari.* **B. CYPRIANVS** de lapsis, Christus in praecipis suis dicit. *Qui confusus me fuerit, confundet eum filius hominis.* Et Christianum se putat, qui Christianus esse, aut confunditur aut veretur? *Quomodo potest esse cum Christo, qui ad Christum pertinere, aut erubescit, aut metuit?* **S. AMBROSIVS** ad Valentinianum Imperatorem. *Non erubescio cum toto orbe longeva conuerti. Verum certe est, quia nulla aetas ad perdendum sera est. Erubescat senectus, quae emendare se non potest. Non annorum canities est laudanda, sed morum. Nullus pudor est, ad meliora transire.* **S. HIERONYMVS** in Ecclesiastica, agens de confessione sacerdotum facienda. *Si enim, inquit, egrotus erubescat vulnus medico confiteri, quod ignorat, medicina non curat.* **D. AVGVSTINVS** ad Vincentium, quem pudebat corrigere errorem. *Quid adhuc dubitas tenere quod sentis, nisi quia id quod non sentis, vel aliquando sensisse vel aliud defendisse confunderis & dum erubescis corrigere errorem, non erubescis remanere in errore, quod vixque potius erubescendum fuit? Hoc est illud, quod scri-*

Tert. in Scorp. Ricos.

Marc. 8. 38.

Cyp. serm. 4.

Amb. L. 5. ep. 31.

Hier. ad. e. 10.

Aug. ep. 42.

111762

- ptura non tacuit. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam. Confusio adducit peccatum, cum erubescit quisque pravam mutare sententiam, ne aut inconstans putetur, aut diu errasse seipso iudice teneatur. Confusio autem adducit gratiam & gloriam, cum erubescit quisque de propria iniquitate, & penitens in melius commutatur: quod et facere piget illa permissa confusione superatum, ut tibi ab hominibus nescientibus quid loquantur obiciatur illa Apostolica sententia. Si enim, quae destruxi, haec eadem iterum aedifico, prauaricatore me ipsum confiteor. **GR**EG. in Ezechielem. Sicut verecundus laudabilis est in malo, ita reprehensibilis est in bono. Erubescere enim malum sapientia est. bonum vero erubescere, fatuatio. Unde scriptum est. Est confusio adducens peccatum: & est confusio adducens gloriam. Qui enim erubescit penitendo mala quae fecit, ad vitam liberatam peruenit. Qui vero erubescit bona facere, a statu rectitudinis cadit atque ad damnationem tendit, sicut per redemptorem dicitur. Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominum erubescet, cum venerit in maiestate sua. **S. BE**RN. ad milites templi exponens eundem locum Sapientis. Bonus pudor est, inquit, quo peccasse, aut certe peccare confunderis. Huiusmodi procul dubio pudor fugas opprobrium, parat gloriam, &c. Quod si quisquam confiteri confunditur, id quoque unde compungitur talis pudor peccatum adducit, & gloriam de conscientia perdit, quando malum, quod exprofundo cordis compulso conatur expellere pudor ineptus obruto laborum ostio, non permittit exire.
- III. REMED.** Considera exempla sanctorum, qui noxio pudore cum nullum dederunt. Primum sit Moysi, de quo Apostolus. Fide Moysi grandis factus negauit se esse filium filiae Pharaonis magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere incunditatem, maiores diuitias aestimans obprobrio Aegyptiorum improperium Christi. Unde **AMB**R. scribens in psalmum ubi Moyses ait, noluit rex esse cum possit, sed opprobrium Christi iherosolymis Aegypti obprobrium est preferendum, sed fugiendo potentiam, potentior factus est. Facius est in Deum regi Pharaoni, hoc est, regi terribili, quem rex timeret. Et in se vii, tanquam **DEVS**, peccatoribus esse terrori, regibus reuerentia, &c. contemne qua seculi sunt, & Dominica passionis opprobrium contemne omnibus preferre diuitis. opprobrium dicitur quod illis videatur opprobrium, hoc est, Iudaeis scandalum, gentibus stultitia, nobis autem virtus Dei atque sapientia. Sed hoc Pharaon opprobrium putans, hoc est, impatens ignobilitatem, contumelias, maluit diaboli esse quam Dei portio. **II. est DAVID** regis, qui omni pudore contempto non dubitauit ante arcam Domini ephod lineo accinctus, ut est in Sacra Regum historia totis viribus saltare, quod cum conuix eius Michol filia regis Saul tanquam scuriale factum ei exprobrasset, respondit. Ante Dominum, qui elegit me potius quam patrem tuum, & quam omnem domum eius, viltior sum plus quam factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus locuta es, & gloriosior apparebo. Haec mox laudatur. Igitur Michol filia Saul non est natus filius vsque in diem mortis sua. Unde concludit **AMB**R. loco ante citato. Evidens itaque exemplum, quo & Propheta

Eccli. 4. 24.

Gal. 2. 18.

Greg. hom. 10.

Eccli. 4. 14.

Luc. 9. 16.  
Bern. c. 11.

Heb. 11. 24.

Amb. serm. 8.  
Et ep. 36. ad Sabinum.

2. Reg. 6. 14.

Id serm. 7. & cp.  
3. ad Sabin.



qui perhibebat in organis, & saltans ante arcam Domini iustificatus est, & illa Greg. c. 37.  
 qua reprehendit eum sterilitate damnata est. Et B. GREG. in libro 27. Moralium.  
 Ecce, inquit, quem Dominus cunctis singulariter praelulit, sese sub Domino, & exa-  
 guando minimis & abiecta exhibendo contemnit. Non potestas regni ad memoriam re-  
 ducitur, non subiektorum oculis saltando vilescere metuit, non se honore praelatum cœ-  
 teris, ante eius arcam, qui honorem dederat, recognoscit. Coram Deo egit vilis & extre-  
 ma, ut illa exhumilitate solidaret, quæ coram hominibus gesserat fortia. Quid de eius  
 factis ab aliis sentiat ignoro, ego David plus saltantem suscepo, quam pugnantem. Pu-  
 gnando quippe hostes subdidit: saltando autem coram Domino semetipsum vicit.  
 Ill. exemplum est Prophetarum, qui non veriti sunt Domino obedire  
 in materia summæ confusionis. Nam ISAIAS iussus est nudus incede- Isai. 20.  
 re. Ita enim scribit ipse. In tempore illo locutus est Dominus in manu Isaia filij Amos  
 dicens, Vade, & solue saccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et  
 fecit sic vadens nudus & discalceatus. Ac Origenes quidem contra Celsum Orig. lib. 7.  
1 cr. 17. 1.  
 testatur eum per triennium integrum nudipedem ambulasse. 2. IERE-  
 MIAS iussus est primo se præcingere lumbarilino, necq; ad Euphratem  
 & ibi illud abscondere in foramine petræ, donec computresceret: pu- 1 cr. 19. 1.  
 tur factum verò rursus effodere & populo ostentare. Deinde iussus est à  
 senioribus accipere lagunculam testeam, eamq; frangere in oculis viro- 1 cr. 27. 1.  
Ezech. c. 4.  
 rum ipsum comitantium. Tum gestare collo catenam ligneam & alia  
 vincula, quod & fecit, licet à populo irrideretur. 3. EZECHIEL iussus est  
 saginam ferream inter se & civitatem ponere, & dormire in latere si-  
 nistro 390 dies, in dextro verò 40. Deinde iussus est comedere panem  
 subcineritum opertum stercore humano, & cum illud deprecaretur, Ezech. 5. 1.  
 factem bouino. Tertio gladio acuto radere pilos capitis & barbæ, vnamq;  
 eorum partem igni comburere in medio civitatis: alteram gladio concide-  
 dere in eius circuitu, tertiam verò dispergere in ventum, & paruum nu-  
 merum ex eadem ligare in summitate sui pallii, & rursus eos in ignem Heb. 11. 36.  
 proicere. Quæ omnia licet ridicula videri possent, hominemq; pudefa-  
 cere, tamen fecit. Eodem pertinent, quæ Apostolus de veteris testamenti  
 sanctis scribit. Alii, inquit, ludibria & verbera experti, insuper & vincula &  
 carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occasione gladii mortui sunt, circumierunt  
 in melioris, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mun- Luc. 2. 12.  
 dus. IV. exemplum sit Christi Domini, cuius vita secundum mundi iudi-  
 cium videri potest plena cōfusionis, non noxiæ, sed salutaris. Natus enim  
 est in loco vilissimo, nempe stabulo inter bestias & depositus in præse-  
 pio. adoratus ab infimo genere hominum, nempe pastoribus nocte su-  
 per gregem vigilantibus. educatus ab egenis parentibus in summa rerum  
 inopia, sic ut iam adultus vixerit ex aliena liberalitate, testatusq; sit se nec Matt. 8. 20.  
Matt. 7. 16.  
 habere, vbi caput suum reclinare posset. Non erubuit publicè detractis

- Matth. 4. 5. vestibus in Iordane baptismum à B. Ioanne recipere. Permissit ut ab ipso  
 Ioan. 11. 25. Satana in pinnaculum templi, & in montem excelsum deferretur. Adm  
 quali triumphans Hierosolymam acclamantibus pueris inuectus est  
 cum infamibus hominibus publicanis & meretricibus conuersati non  
 Matth. 4. 12. detrectauit: rudes & pauperes piscatores in discipulos adscioit: con-  
 tumeliis multis à Scribis & Phariseis affectus, ac tandem captus, conp  
 Matth. 26. 67. tus, velatus, flagellatus, spinis coronatus, per ludibrium veste purpu-  
 rea & alba indutus & velut rex flexo poplite salutatus, ac demum in  
 medio latronum, velut mortalium deterrimus, cruci suffixus. Ut mo-  
 rito B. Paulus præceteris iam dictis exemplis hoc admirandum de con-  
 Heb. 11. 28. tempta confusione exemplum CHRISTI nobis proponat, dicens.  
*aspicientes in Auctorem fidei & consummatorem IESVM, qui proposito sibi ga-  
 dio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera DEI sedet. Recogit  
 enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradistinctum.*  
 V. exemplum sit Apostolorum, qui insistentes magistri sui vestigiis li-  
 benter omnis generis contumelias & ludibria post acceptam Spiritus  
 Act. 5. 40. sancti gratiam sustinuerunt. Nam cum ob prædicationem Evangelii ce-  
 si fuissent, ibant, inquit B. Lucas in historia Apostolica, gaudentes à con-  
 fectu consilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine IESU contumeliam pati. Idem  
 Heb. 10. 36. scribit B. Paulus de eorum imitatoribus primis Christianis, dum ait ad  
 Hæbreos. Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen  
 sustinistis passionum, & in altero quidem opprobriis & tribulationibus specta-  
 culum facti: in altero autem socii taliter conuersantium effecti. Nam & vobis  
 1. Cor. 1. 23. compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscite nos  
 habere meliorem & manentem substantiam. Scribit & de se. Nos, inquit, præ-  
 dicamus CHRISTVM crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem  
 1b. c. 4. 5. stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei  
 sapientiam, quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est  
 Dei, fortius est hominibus. Et rursus. Puto quod Deus nos Apostolos nouissimos & ster-  
 2. Cor. 12. 9. dit, tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis & ho-  
 minibus. Nos stulti propter Christum, & c. purgamenta huius mundi facti sumus,  
 omnium peripsa usque adhuc. Quin nec gloriari ac exultare dubitat in his  
 Gal. 6. 14. irrisionibus & probris. Libenter, inquit in posteriore ad Corinthios, glori-  
 bor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi: Propter quod placeo mihi  
 in infirmitatibus meis, in contumeliis, & c. Et ad Galatas. Mibi autem absit gloriari,  
 nisi in cruce Domini nostri IESU CHRISTI, per quam mihi mundus cruci-  
 xus est, & ego mundo. Eodem pertinent exempla innumerabilium Marty-  
 rum & Confessorum similes confusiones pro Christo & veritate passio-  
 num.

IV. REMEDIUM. Considera causam, cur Sancti nullo pudore,  
 vel

vel confusione absteriti sint à prædicatione Euangelii, vel confessione veræ fidei, vel veritatis defensione, vel obseruatione diuinorum mandatorum, aliorumque bonorum operum, nempe quia ob oculos positam habebant copiosam remunerationem in cælis paratam, & in scripturis sacris promissam. Vt apud Matthæum, dum Christus ait. *Beati estis. cum ma-*

Matth. 5. 11.

ludixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Et apud Paulum ita scribentem. *Id quod in presenti est momentaneum, & leue*

2. Cor. 4. 16.

tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt. Signanter hoc antidotum notauit idem Apostolus cum in aliis, tum in exemplo supra allato de Moyse. nã cum dixisset, Moysen maiores diuitias æstimasse thesauro

Heb. 11. 26.

Ægyptiorum improprium Christi, mox addit. *Aspiciēbat enim in remunerationem.* Deinde cum causam reddere vellet, cur Primi Christiani, cum gaudio opprobriis & tribulationibus spectaculum facti essent, & rapinam bonorum suorum sustinuisent, subiunxit: *cognoscētes vos habere meliorem & manentem substantiam.* Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ

Heb. 10. 34.

magnam habet remunerationem. *Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem Dei faciētes reportetis promissionem.* Imò docet & IESVM Christum. *prop. sibi*

Heb. 12. 2.

Quod enim illud fuit gaudium, nisi felicitatis æternæ, quod per confusionem ignominiosæ mortis secundum humanitatem promeruit, testecodem Apostolo in epistola ad Philipenses: nam cum ibi dixisset. *Hum-*

Phil. 2. 8.

ilitauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. statim addit. *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* Quem locum tractans B. AUG. in Ioannem. *Humilitas, inquit, claritatis est meritum, claritas humilitatis est premium, sed hoc factum est in forma serui.* Et commentarius Ambrosii. *Quid, inquit, & quantum humilitas mereatur, hic ostenditur.*

Aug. tract. 104.

Amb. in ep. ad Philip.

V. R E M E D. Considera et aliam causam, cur sancti dictam confusionem contempserint, priori contrariam, nempe qui reformidarunt confusionem æternam in die iudicii extremi futuram, quam item diserte Christus comminatus est apud Lucam & Marcum supra citatos. *Qui me-*

Marc. 8. 38.

confusus fuerit, inquit, & verba mea, & filius hominis confundetur eum, cum venerit in gloria Patris sui cum Angelis sanctis. Ad quam confusionem respexit SALOMON, cum in Prouerbiorum initio sic loquentem inducit Dei filium. *Quia vocaui, & re-nuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis*

Prou. 1. 24.

omne cõsiliũ meũ, & increpationes meas neglexistis, ego quoq; in interitu vestro ridebo, & sub sannabo, sicut vobis id, quod timebatis, aduenerit. Cum irruerit repentina calamitas,

& interitus quasi tempestas ingruerit; quando ueneris super vos tribulatio & angustia. Et IEREMIAS. Idcirco, qui persequuntur me, cadent & infirmi erunt: qui non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur. Et iterum. Dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiam aeternam, qua nunquam delatione delebitur. Tanta uero tunc confusio est futura eorum, qui exigent confusioem pro defensione ueritatis, & diuinorum mandatorum obseruatione in hac uita sustinere noluerunt, ut, teste ISAIA Propheta, ingressuri sint scissuras petrarum, & in cauernas saxorum a facie formidinis Domini, & a gloria maiestatis eius. dicturiq; perhibente Iohanne Propheta, Balaam, & B. Ioanne in Apocalypsi, montibus. Operite nos, & collibus. Cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira Agni. Quanta, inquit B. EPHRAIM, in sermone de patientia, & consummatione seculi, eos confusio eorum infirmitate tunc apprehendet, nullam habentes excusationis suae uiam, & quantae eos, cum ad sinistram Regis segregabuntur, uerecundia corripiet? quanta in eos tenebra irruent, quando in ira sua loquetur ad eos, & in furore suo conturbabit ipsos, dicens. Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui preparatus est diabolo & angelis eius? Hoc aetudoto impulsus quondam est celeberrimus apud Romanos Rhetor M. VICTORINVS, (qui & statua in foro meruit), ut post conuersionem suam ad Christi fidem omni post habito pudore publice in Ecclesia Catechumenum se professus sit, quod commemorat AVGVSTINVS in libris Confessionum his uerbis. Legebat sanctam scripturam, omnesq; Christianas litteras intelligebat studiosissime & perscrutabatur, & dicebat Simpliciano, non palam, secretius & familiarius. Noueris me iam esse Christianum. Et respondebat illi. Non credam, nec deputabo te inter Christianos, nisi in Ecclesia Christi te uidero. Ille autem irridebat eum, dicens. Ergone parietes faciunt Christianos? Et hoc saepe dicebat, iam se esse Christianum, & Simplicianus illud saepe respondebat, & saepe ab illo parietum irrisio reperebatur. Amicos enim suos uerebatur offendere si perbos daemoneolas. Sed postquam legendo & inhiando auxit firmitatem, timuitq; negari a Christo coram angelis sanctis, si eum timeret coram hominibus confiteri, reusq; sibi magni criminis asperuit, erubescendo de sacramentis humilitatis uerbi tui, & non erubescendo de sacris sceleribus superbiorum daemoneolarum, quae imitator superbus acceperat, depuluit uanitatem, & erubuit ueritati. Subitoque & inopinatus ait Simpliciano, ut ipse narrabat. Eum in Ecclesiam, Christianus uolo fieri. At ille non capiens se laetitia perrexit cum eo. Uis autem imbutus est primis instructionum sacramentis, non multo post etiam nomen addidit, ut per baptismum regeneraretur, mirante Roma, gaudente Ecclesia.

VI. REMED. Considera, pudorem salutarem, uel confusiones pro Christo, uel ueritate perpeffas, uti & certas afflictiones, habendas loco gemmarum, aliorumque pretiosorum lapillorum, quia illis imprimis promeremur gratiam & gloriam, hoc est, conteximus coronam uitae aeternae. Qua de causa Ecclesiasticus supra allegatus dixit. Est confusio ad laudem gloriae

Ier. 20. 1.  
 c. 23. 49.

Isa. 2. 11.

Iohel. 10. 8.  
 Luc. 21. 31.  
 Apoc. 6. 16.  
 Ephr. tom. 1.

Matth. 25. 41.

Aug. lib. 8. c. 2.

Eccli. 4. 17.

gloriam & gratiam. 2. Christus Saluator vocavit beatos, adiuncta promissione copiosæ mercedis, qui contumelias & maledicta hominum patienter sustinuerint. Similiter & B. Petrus. *Si quid patimini propter iustitiam, inquit, beati.* & B. Iacobus. *Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* 3. B. Paulus testatur etiam leuem & momentaneam tribulationem, cuiusmodi est irrifio verbis facta, æternam gloriæ pondus in sublimitate operari in nobis. 4. Ecclesia in summa veneratione habuit huc vsq; etiam instrumenta passionis Christi vel aliorum Martyrum, quibus illis aliqua illata est contumelia, atque imprimis crucem Christi, clauos & spinas, quibus nihil in tota Christi passione contemptius, ignominiosius, & quod iudicio mundi maiorem afferret confusionem. Quare B. CHRYSOSTOMVM non puduit de D. PAULI catenis serereis, quibus vincetus fuit ita scribere & ad populum Antiochenum loqui. *PAVLVS vincetus IESV Christi inquit, (Apostolus initio epistolæ ad Philæmonem) & Timotheus frater, Magnum Pauli oraculum, non principatus & honoris nomen, sed vincula & catene. Vere magnum ipsum & splendida alia multa faciunt, in cælum r. pi. tertium, in paradysum deferri, verba audire ineffabilia, sed horum nihil posuit, sed pro omnibus catenam: hæc enim magis, quam illa, illustrem reddebat & splendidum. Non ita rex diademate gloriatur, ut ille vinculis delectabatur. & valde congruè. Diadema nempe solum coronato capiti ornatum affert. catena verò & ornatum multò maiorem & tuiclam. Corona sæpe regia innumeros allexit insidiatores, & in tyrannidis concupiscentiam incitavit. Catena verò, cum sit pugna contra demones, illorum repellit insidias. Et paulo post, Qualia verò erant vincula, que tantum vinculis gloria tulerunt? Nonne è ferro fabricata erant? E ferro quidem fabricata, sed multam habebant spiritus gratiam efflorentem, quoniam propter Christum illis Paulus circumdatus erat. O miraculum. serui vinculi sunt, Dominus crucifixus, & prædicatio quotidie crescit, & per qua opera putabatur prohiberi, per hæc accensa est. Et Crux & vincula, que esse videbantur abominatio, nunc salutis signa sunt facta. Et quotibet auro ferrum illud nobis præi. sius erat, non propter naturam propriam, sed propter causam dñam Et multo post. Iudici, in Actis Apostolorum, dixit. Optarem te vti. que feri Christianum absque vinculis his. Dixit, absque vinculis his non ipse vincula recusans, absq. sed illius condescendens infirmitati. quoniam ipse sic illa diligebat, ut ambitiosa mulier monilia sua. Vnde hoc manifestum? Gaudeo in passionibus meis, inquit. Et. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, in contumeliis, &c. Sic vbiq; gloriatur in tribulationibus Paulus, & ea re nimium delectatur. Et merito. Nam hoc est, quod maxime Christi virtutem demonstrat, & per illa Apostoli omnia mala vicerunt, DENIQ; ipsi impii in extremo Iudicii die fatebuntur omnibus piis irrifionibus & Annas ab ipsis perpeffas cessisse in summam gloriam. Nam ita loquuntur apud Sapientem, præ angustia spiritus gementes. Hi sunt, quos ali.*

Math. 5. 12.

1. Pet. 3. 14.  
Iac. 1. 12.

2. Cor. 4. 17.

Chry. hom. 16.

Act. 26. 29.  
Rex. Agrippa.

Sap. 5. 1.

torum estimabamus insaniam, et finem illorum sine honore: ecce quomodo comparati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sers illorum est. Ergo errauimus a via veritatis, et

VII. REMED. est oratio, vel diuini auxilii inuocatio, maximè quando periculum est, ne pudori noxio succumbas. Hoc reliquit nobis propheta regius Dauid. Nam cum in persona Christi in psalmo 68 dixisset. Quoniam propter te sustinui opprobrium; operui confusio faciem meam. Et proposui vestimentum meum ciltitum, et factus sum illis in parabolam. Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta: et in me psallebant, qui bibebant vinum: mox subiecit. Ego verò orationem meam ad te Domine. In quæ verba B. A. V. G. Quando enim malediceris, et quid agas non habes, quando tibi actantur opprobria, et quomodo corrigas eum, à quo actantur, non inuenis, nihil tibi restat, nisi orare. Sed memento pro ipso orare. Hoc antidotum & Christus Dominus, impendente sua passione quæ plena fuit opprobriorum, contumeliarum, & illusionum. vsurpauit cum in horto tertio cum lacrymis Patrem coelestem orauit, & Apostolis id ipsum tradidit, dicens. *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.* Imò & quotidianæ Dominicæ orationi includi voluit, cum dicitur *Et ne nos inducas in tentationem.*

Aug. con. 1.  
in Plal. 68.

Matth. 26. 41.

Matth. 6. 13.

VIDE V. Amor sui. Gloria vana. Immortificatio passionum. Pusillanimitas. Timor humanus. Tristitia.

## PUSILLANIMITAS.

### Remedia contra Pusillanimitatem.

I. REMEDIUM. Considera sententias diuinæ scripturæ de Pusillanimitate, & virtute ei contraria, fortitudine & longanimitate. Primo enim dehortatur nos S. scriptura à pusillanimitate. Noli esse pusillanimis, inquit Ecclesiasticus, in animo tuo. Et Isaias. Dicite pusillanimitas; confortamini, et nolite timere, & Apostolus ad Thessalonicenses. Confortamini pusillanimitas. Deinde hortatur ad animi fortitudinem. Viriliter agite, ait rex Dauid, et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Dominum. Et B. Paulus. Fratres confortamini in Domino, et in potentia virtutis eius. Et S. Ioannes. Scribo vobis inueni, quoniam fortes facti estis, et verbum Dei manet in vobis, et vicistis malignum.

Eccle. 7. 9.  
Ista 35. 7.  
1. Thess. 5. 14.  
Psal. 30. 25.  
Eph. 6. 10.

1. Ioan. 2. 14.

Hier. in ep. ad Galat. 5.

Amb. 1. offic. 236.

II. REMED. Considera dicta sanctorum Patrum. HIER. Post pacem sequitur longanimitas, siue patientia, quia utroque modo paradoxorum possunt interpretari. Huic contraria est pusillanimitas, de qua scribitur. Pusillanimus vehementer insipiens: qui vero patiens est, et vniuersa suscipiat vir patiens. AMBROSIVS Reuera iure ea fortitudo vocatur, quando vnusquisque seipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inlectitur, non aduersis perituratur, non exollitur secundis, et quasi vento quodam variarum rerum circumfertur mutatione. Quid autem excelsius et magnificentius, quam exercere mentem, afficere carnem et in seruitu-

sem redigere, ut obediat imperio, consiliis obtemperet, ut in adeundis laboribus impigro  
 exequatur propositum animi ac voluntatem? **AVC.** ad Paulinum. *Omnis questio, Aug. ep. 290.*  
 qua agentes quarentesque conturbat homines, qualis ego sum, illa est, quoniam modo vi-  
 uendam sit, vel inter eos, vel propter eos, qui nondum vivere moriendo nouerunt. Ple-  
 runque enim videtur nobis, quod nisi eis aliquantulum congruamus ad ea ipsa, vnde  
 illos extrahi cupimus, nihil cum eis salubriter agere poterimus: quod cum facimus, ta-  
 lium delectatio subrepat et nobis, ut saepe etiam loqui vana delectet, auremque prabe-  
 re loquentibus, nec arridere tantum, sed etiam risu vinci ac solui. **Et infra.** *Qui in his Psal. 76.*  
 omnibus timor, mi Pauline sancte homo Dei? quis tremor? qua tenebra? nonne pu-  
 tamus de his esse dictum. Timor et tremor venerunt super me, et contexerunt me te-  
 nebrae. Ecce elongauit fugiens et mansi in deserto. Veruntamen in deserto ipso fortassis  
 expertus est, quod adiungit, Expectabam eum, qui saluum me fecit a pusillanimitate et  
 tempestate. Quid? ipsa diuina eloquia, nonne palpantur potius a nobis, quam trahantur?  
 nonne in multis et dicere quid sentias, periculosissimum, et non dicere, laborio-  
 sissimum, et aliud quam sentias, dicere perniciosissimum est. **Et post alia concludit.**  
 Quis mihi dabit pennas sicut columbae, et volabo, et requiescam? siue quia pericula,  
 in quibus quisque versatur grauiora sunt quam in experta, siue quia reuera ita est,  
 qualibet pusillanimitas, tempestasque deserti mihi videtur minus esse molesta, quam  
 ea, qua vel patimur, vel timeamus in turbis. **GREG.** in moralibus. Sunt nonnulli, *Greg. l. 19. c. 18*  
 qui cum caelestia appetunt, atque huius mundi noxia facta derelinquunt, ab inchoatione  
 sua quotidie inconstantia pusillanimitate deficiunt. Quibus hos nisi arbutis reliquis  
 similes dixerim, qui nequaquam tales superius surgunt, quales inferius oriuntur? Hi  
 quippe ad conuersionem venientes, non tales, quales ceperunt, perseverant, et quasi  
 more arborum inchoatione vasti sunt, sed tennes crescunt: quia paulisper per augmen-  
 ta temporum patiuntur detrimenta virtutum. Sensim quippe in eis desideria superna  
 languescunt. **Et in pastoralis.** Aliter admonendi sunt proterui, atque aliter *p. admon. 7.*  
 pusillanimes. Illi enim dum valde de se praesumunt exprobrando ceteros dedignantur:  
 istia uero dum nimis infirmitatis sua sunt conscii plerumque in desperationem cadunt.  
 Illi singulariter summa aestimant curricula quae agunt; isti rebelementer despecta putant  
 esse quae faciunt, et ideo in desperatione franguntur. **S. BERNARDVS** *Bern. ep. 32.*  
 ad Abbatem S. Nicasii. Nec immerito his, quos in anxietate positos videmus  
 amicis nostris compatimur, quibus utique dum exitum ignoramus, defectum metui-  
 mus, quoniam quidem sicut sanctis et electis tribulatio operatur patientiam, patientia  
 probationem, probatio spem, spes autem non confundit, sic damnandis et reprobis tribu-  
 latio parit e contrario pusillanimitatem, pusillanimitas perturbationem, perturba-  
 tio desperationem, et illa interimis. **B. ISAAC** de mundi contemptu. Pusillani-  
 mitas mater est cruciatus: patientia uero mater est consolationis. Quando uult Deus *Isaac. presbys. c. 42.*  
 aliquem amplius tribulari permittit etiam venire ad manus pusillanimitatis. Hac au-  
 tem in eo parat potentiam acediae, in qua gestat suffocationem animae, quae est gustatio  
 gebenne, et ex hac superinducitur spiritus excessus: ex quo nascuntur plurima  
 30. 204

tentationes, scilicet, confusio, furor, blasphemia, fatua culpatio, peruerse cogitationes, de terra in terram transmigratio, & his similia.

III. REMED. est Humilitas, vel agnitio propriæ imbecillitatis. Est. GREGORII, ad Cyriacum Episcopum Constantinopolitanum, qui cum imparem se sentiret tanto oneri sustinendo, ita respondet. Quia vobis anima nunc cura commissa est, valde gaudeo. Quia verò ad hoc opus, ad quod perducti estis, infirmos vos esse dicitis, scimus, quia prima virtus est cognitio infirmitatis, atque ex eo colligimus posse vos bene susceptum ministerium implere, quia vos videmus infirmitatē propriam ex humilitate cognoscere. Omnes enim infirmi sumus, sed illi est infirmior, qui suam non valet considerare infirmitatem. Vos verò beatissimi fratres ideo fortes estis, quia de fortitudine propria diffidentes, in omnipotentis Dei virtute confiditis. Idem remedium præscribit loco iam citato. B. L. S. A. A. C. Vna, inquit, est omnium eorum, quæ ex pusillanimitate se. n. tur medicina, per quam cito statim in anima inuenit consolationes, nempe, humilitas cordis, &c. Nam secunda mensuram humilitatis tuæ, datur tibi & patientiæ in aduersitatibus tuis, & secunda patientiam tuam alleviatur gravitas tribulationum tuarum, & consolationem obtinebis.

1. Cor. 10. 13.

Isa. 51. 12.

Psal. 90. 14.

Psal. 31. 8.

Matth. 11. 28.

Beati. l. cit. 1

Cass. coll. 5. c. 14.

& 15.

IV. REMED. Firma spes & fiducia in auxilio diuino. Fidelis enim est Deus, inquit Apostolus, qui neminem patitur tentari super id quod potest. Ille dixit apud Isaiam. Ego, ego ipse consolabor vos. Et in psalmis. Quoniam in me sperauit, liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum, cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum. Et ibidem. Intellectum tibi dabo & instruam te in via hac, quæ gradieris, firmabo super te oculos meos. Et Christus apud Matthæum. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Hoc antidotum præscripsit B. BEN. Abbati S. Nicalii mærenti de successu Drægonis è cœnobio. Ne ergo, inquit, hæc te tam horrenda tempestas, quæ Deus auertat, demergat tempestas aqua: ne huius tam tremende abyssi absorbeat profundum, neue urgeat super te tam inexplebilis puteus os suum, sollicitè studeat prudentia tua non vinci à malo, sed vincere in bono malum. Vinces autem: spem tuam in Deo forti: et figendo, & rei finem longanimiter expectando. Et IOAN. CASSIANUS cum ex sententia Abbatis Serapionis agit de certamine contra omnia vitia. Impossibile, inquit, est de qualibet passione triumphum quempiam promereri, nisi quam intellexerit industria vel labore proprio victoriam certaminis semet obtinere non posse. Et multo post. Quamobrem certos nos esse conuenit, tam ipsi rerum certaminis, quam innumeris scripturæ testimoniis eruditos nostris nos virtutibus nisi Dei solius auxilio sulciamur, tantos hostes (vitiarum) si perare non posse, & ad ipsam quæ summam victoria nostra referre debere.

V. REMED. Exclusio omnium anxiarum cogitationum & phantasmatum, quæ creare & fouere solent animi pusillanimitatem. Est B. GREGORII in moralibus. In tentationibus, ait, deprehensus tenebras memoris incidere, qui in tranquillitate de te alta senseras, in perturbatione quoque deterius cogitatio



num caligine te confundas. Eodem spectat oratio CHRY. in lib. de providen-  
 tia. Est maxima pusillanimitatis, eorum gratia, qua nec dum contigerunt, incertum  
 est, an eventuram sint merore iam nos ad dolore concedere. Pro sananda autem aliena  
 pusillanimitate hoc antidotum suggerit idem GRE. Pusillanimes, inquit,  
 apertius ad iter bene agendi reducimus si quaedam bona illorum ex latere requiramus, ve  
 dum in eis alia reprehendendo corripiamus, alia amplectendo laudemus, quatenus eorum  
 reverentiam laus audita nutriat, quam culpa increpata castigat. Plerumq. autem vei-  
 lius apud illos proficimus, si eorum bene gesta memoramus. Et si qua ab eis inordina-  
 ti gesta sunt, non iam tanquam perpetrata corripiamus, sed quasi adhuc ne perpetrari de-  
 beant prohibemus: ut et illa quae approbamus illatus favor augeat, & contra ea quae  
 reprehendimus magis apud pusillanimes exhortatio verecunda convalescat. Unde Pau-  
 lus cum Thessalonicenses in accepta predicatione perdurantes, quasi de vicino mundi  
 termino quadam cognosceret pusillanimitate turbatos, prius in eis, quae fortia prospici-  
 unt, laudat, & cautè monendo postmodum, quae infirma sunt roborat. Ast enim. Gra-  
 tias agere debemus Deo semper pro vobis fratres, ita ut dignum est, quoniam supercre-  
 scit fides vestra, & abundat caritas uniuscuiusque vestrum in vicem, &c. Atque hoc  
 antidotum ipse Gregorius in consolando Cyriaco Constantinopolitano  
 antistite, de quo supra, servavit.

Chry. lib. 2.

Greg. 9. p. pa-  
 stor. adimon. 8.

2. The. 1. 1.

VI. REMED. Prævisio omnium periculorum, quae incidere pos-  
 sent, & animi contra ea obfirmatio. Est S. AMBROSII in libris officio-  
 rum. Hoc diligentia est, ut quis ita se comparat, illud ingenij si quis proest vigore men-  
 tis prævidere, quae futura sunt, & tanquam ante oculos locare, quid possit accidere: &  
 quid agere debeat, si ita acciderit, desinere. Et paulo post. Ut in bello improvisus hostis  
 vix sustinetur, & si imparatos inueniat, facile opprimat: ita animum mala inexplora-  
 ta plus frangunt. In his ergo duobus illa est animi excellentia, ut primum animum tuus  
 bonis exercitationibus, mundo corde quod verum & honestum est videat. Bea-  
 ti enim mundo corde, quia ipsi etiam Deum videbunt, atque id quod honestum est so-  
 lum bonum iudicet. Deinde nullis occupetur occupationibus, nullis cupiditatibus stu-  
 fluet, &c. Deinde ut si quid acciderit adversi, idq. graue & acerbum putetur, ita ferat  
 ut nihil præter naturam accidisse putes, cum legeris. Nudus sum natus, nudus exibo. Iob. 1. 22  
 Quae Dominus dedit, Dominus abstulit. sic Domino placuit ita factum est. Sit nomen  
 Domini benedictum. Hoc remedium aduersus pusillanimitatem præscripsit  
 inter Ethnicos & SENECA in libro de animi tranquillitate. Nisi, inquit,  
 quicquid fieri potest, pro futuro, habeas, das in te vires rebus adversis: quas infregit,  
 quisquis prior vidit. Et. Quicquid fieri potest, quasi futurum prospiciendo malorum  
 omnium impetus moliet, qui ad præparatos expectantesq. nihil afferunt novi. Et. Sero  
 animum ad periculorum patientiam post pericula instruitur. Non putavi hoc futurum:  
 nunquam hoc euenturum credidissim. Quare autem non? Quod regnum est, cui non sit  
 parata vniuersa? &c.

Amb. 1. a. c. 1.

Matth. 5. 8.

Sen. c. 12.

VII. REMED. Perugium ad Patrem spiritualem, si aduertas te alieno  
 Kkk indigere

Galat. 6.1.

indigere auxilio ad superandam pusillanimitatem. Apostolus enim in epistola ad Galatas omnes, qui spirituales sunt hortatur, ut in hoc genere officium caritatis præstent. *Fratres, inquit, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui spirituales estis, huiusmodi infirmitate in spiritu lenitatis, considerate ipsum, ne et tu teneris. Quo loco S. A. V. C. Nihil sic probat spirituales removere peccati alieni tractatio cum liberationem eius potius, quam insultatione, potiusque auxilia, quam conuitia meditatur, et quantum facultas tribuitur suscipit.* B. Pauli merito consentit B. GREG. in Pastoralis. *Tales sese, inquit, qui præsumi excedunt, quibus subiecti occulta quoque sua pandere non erubescant, ut cum tentationum fluctus paruuli tolerant, ad pastoris mentem quasi ad sinum matris recurrant: et hoc quod se inquinari pulsantis culpæ sordibus præuident, exhortationis eius solatio, et lecturæ orationis lauent.* Remedium hoc præscribit B. A. V. C. in epistola ad Paulinum. & S. BASILIUS in oratione de renunciatione & abdicatione.

Greg. 1. p. c. a.

Aug. ep. 250.

VIII. R E M E D. Consideratio illustrium exemplorum, hoc est, sanctorum fortitudinis & constantiæ laude illustrium, qui omnium pusillanimitatem ab animo suo excluderunt, ut fuit S. Iob, pueri Machabei, Paulus, Stephanus, S. Agnes, Laurentius, quorum robur eleganter describitur AMB. libro primo officiorum à capite 35. vsque ad 41. & alii innumera- biles Confessores & Martyres, quorum res gestæ existant,

V I D E V. *Conscientia scrupulosa. Desolatio spiritalis. Illusiones spirituales. Immortificatio passionum. Impatientia in aduersis. Inconstantia. Timor humanus. Tristitia.*



## R

## R E C I D I V A P E C C A T O R V M.

*Remedia aduersus Recidiam.*

**R** I M V M Remedium. Considera sacrorum Bibliorum sententias à Spiritu sancto dictatas: è quibus primo illa occurrit Salomonis. *Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum suum: sic imprudens qui iterat stultitiam suam.* Quam B. P E T R V S in altera epistola detorsit in eos, qui ab agnita semel veritate in pristinos errores relapsi erant, dicens. *Contigit enim eis illud veri prouerbii. Canis reuersus ad vomitum*

ROU. 14. 7.  
2. PET. 2. 22